¶Et quando coniungetur ei ☿ significat illud ꝙ hoīes multum exercebūt incudere nūmos ⁊ solares ⁊ es ⁊ alkimiam ⁊ his filia ⁊ aduentuʒ timoris ⁊ pauoris in mercatores ⁊ peritos. Q̄ si continuauerit ei ex △ aut ✶ aspectu significat illud homines ingrere alkimiaʒ ⁊ artificia que operanᷓ cū igne. Et si fuerit ex quadrata et fuerit ex □ significat homines multū vti alkimia ⁊ armis et occultare ea. Et si fuerit ex. 7. significat illud multas causas ⁊ deceptiones ⁊ disputationes et dissimulationes in victu ⁊ operibus: ⁊ interfectionē ⁊ latrocinia ⁊ fraudem ⁊ his similia. Et si fuerit ex. 10. significat ꝙ vtentur reges artificibus ⁊ alkimijs ⁊ armis.



¶Et quando coniungitur ei ☽ significat homines vti mendacio ⁊ effusione sanguinum cum multitudine querentiū ⁊ decoratiōe Q̄ si continuatur ei ex △ et ✶ aspectu significat illud paruʒ prouidere his qui adherent fidibus ⁊ vti ignorātia cum multitudine iugulationum in pascis ⁊ conuinijs. Et si fuerit ex. 7. significat illud multa bella ⁊ interfectioneʒ ⁊ refectatiōʒ ⁊ iusiurandū falsuʒ Et si fuerit ex quadrata et fuerit ex □ significat illud ꝙ rex erit cōtrarius plebi per iniusticiam. Et si fuerit ex. 10. significat exercitiū regum ⁊ ministrorum ⁊ ducum exercitus ad bella ⁊ iniusticiam ⁊ iniuriam




Et quia auxiliante deo iam explicauimus quod exponere voluimus. Compleamus igitur differentiam terciam tractatus tercij.



Differentia quarta in cōmixtione planetarum ☉.

Postq̄ aūt premisim⁹ in differentia tercia memoriam competitionum planetarum ꝛ continuationes eorum cum ♂. Tractem⁹ ergo in hac differentia significationes continuationum eoꝝ cum ☉. Dicamus itaq; cū ♀ coniungitur ☉ significat illud pregnantes consequi nocumentū cuȝ multitudine placitoꝝ inter eas. Q̄ si continuet ei ex ✱ aspectu significat illud altitudinem mulierum ꝛ nobilitatē earum. Et qn̄ coniungitur ei ☿ significat occultationem rerū ꝛ secretum earum: ꝛ tegumentū scientie ꝛ sapiētie ꝛ libros legere vel scribere ꝛ rumores. Et qn̄ coniungitur ei ☽ significat multitudinē rerum secretarum ꝛ absonsionē eaꝝ: ꝛ multū malum fore inter reges ꝛ plebes: ꝛ multos fugitiuos ex seruis ꝛ alijs: ꝛ super facilitate operibus alkimie hominib⁹. Et si cōtinuetur ei ex △ aut ✱ aspectu significat illud reuelationem secretoꝝ, ꝛ detectioneȝ eoruȝ

Et si fuerit ex quadratura ⁊ fuerit ex quarto sigt̃ difficultatē rex fiendaruꝫ ⁊ grauitatē earū. Et si fuerit ex. 7. multas ꝯrietates ⁊ causas ⁊ vtilitatē cau sidiox in linguis suis causando. Et si fuerit ex. 10. significat apparitionem secretox ⁊ manifestationē eorū: ⁊ diuulgationē secretox regū: vt aūt veni- mus cū eo ꝙ voluimus. cōpleam⁹ igitᷣ dr̃am quartā.



Differentia quinta ĩ cōmixtione planetarū veneri.

Postq̃3 aūt premisimus in differētia quarta cōtinuatiões planetax cū sole tractem⁹ ergo in hac dr̃a significatiões cōtinuationū eox cū ♀. Dicamus ergo ꝙ cū cōiungitᷣ ☿ ♀ significat apparitionē rumox epl'arum ⁊ hoĩes exer- cere res extraneas ⁊ fedas ⁊ publicationē eox ppᷣ illas causas cum eo ꝙ ipsi gaudebūt multum cū mulieribus ⁊ delectabunᷣ cū eis et multos rumores terribiles cum effusione sanguinū ⁊ amplitudines magne future ĩ mun do. Et si cōtinuetᷣ ei ex ✱ aspectu significat apparitionē

amicitiarum ꝛ amissionē curatarū mulierum ꝛ his silia. ¶ ☌ si coniungat̃
luna ♀ significat illud hoīes multū exercere cantilenas et modulationes
ꝛ iocos ꝛ delectationē cum mulierib⁹: ꝛ vti rebus aromaticis. Et si ↄtinuat̃
ex △ aut ✱ aspectu significat illud hoīes exercere iocosa sicut saltatio ꝛ si
stulatio ꝛ cantus ꝛ exitus hominū ad amena loca ꝛ ad viridaria ꝛ his silia
Et si fuerit ex quadratura ꝛ fuerit ex quarto sigt nimis vti homines de spō
satione ꝛ cōiugio ꝛ abscondere illud. Et si fuerit ex. 7. sigt rixas mulieꝝ cū
v ris suis ꝛ suggestionē eorum ꝛ his similia. Et si fuerit ex. 10. significat ap
paritionē adulterij ꝛ multam fornicationē ꝛ reuolutionē eius. Et vt veni-
mus cum eo q̃ exponere voluimus, cōpleamus ergo adiutorio dei differē
tiam quintam.

Mercurius



Differentia sexta in cōmixtione planetarū ☿

Postq̄ premisimus in drā quinta tractatū significationū cō/mixtionū lune cum ♀ vt sit illud quod declarauim⁹ ergo cō pletū ex eo cū adiutorio dei. ¶ Dicam⁹ ergo q̄ quādo cōiun ḡit ☽ ☿ significat illud querere sciam ꝛ libros ꝛ incantatio nem ꝛ nigromātiā ꝛ astronomiā ꝛ omnē rem que tegit ꝛ oc/cultat. Quod si cōtinuat ei ex. △ aut ✱ aspectu ꝛ fuerit fortuna tus significat illud cōsiderare scientias ꝛ inquisitionem earū: et appreciatio nem eoꝝ omniū que querunt ꝛ receptionē eoꝝ: ꝛ si fuerit infortunat⁹ signifi cat cōtrariū illi⁹. Si fuerit ex quadratura ꝛ fuerit ex quarto significat illud paucitatē rumorū terribiliū ꝛ disputationē in scientijs. Si fuerit ex. 7. ꝛ fue rit fortunatus significat dissensiones ꝛ rixas ꝛ inquisitionē veritatis ꝛ equi tatis: ꝛ si infortunat⁹ significat inquisitionē rerum cōtrariū ꝛ vti ablatione cum ascriptione sibi ꝛ iusticia ꝛ iudicio. Si fuerit ex. 10. ꝛ fuerit fortunatus significat appreciationez libroꝝ fidum. Et si fuerit infortunatus significat libros sophisticos ꝛ obscuros vel breuiatos ꝛ his similia. ¶ Et qñ non fue/rit super aliquē istoꝝ planetaꝝ in temporib⁹ quod determinauim⁹ aliqua continuatio ex istis figuris: ꝛ vnus eoꝝ separet ab alio significat illud ho/mines parum vti illorum duorum planetarū significatione illis generibus ꝛ proiectione eoꝝ ab eis: ꝛ vtunt eo qd̄ fecit necessario ꝯtinuatio eoꝝ adin uicē ꝛ p̄termittere res super quas cadit ablatio .s. p̄parationes ex duobus sigtionibus super res factas significātes. Et cum fuerint fortune significāt augmentū in eo q̄ significant de rebus fortune: ꝛ detrimētū de reb⁹ infor/tunij. Et si fuerit cōtrariū illius sigt cōtrariū eius q̄ narrauim⁹. ¶ Et quia auxiliāte deo iā explicauim⁹: ꝛ quod exponere voluim⁹ cōpleamus differē tiam sextam tractatus tercij.

¶ Tractatus quart⁹ in qualitate sigtionū signoꝝ cū fuerint ascendentia alicui⁹ inceptionū quoꝝ narrationē p̄misim⁹ aut ꝛ puenerint anni ad ea ab aliquo ascendētiū inceptionū p̄cedētiū aut locis cōiunctionū: ꝛ sūt. 12. drē

¶ Drā prima ī significationib⁹ arietis sup̱ accidētia inferiora cū fuerit ascē dens aliquoꝝ tp̄m reuolubiliū: aut puenerint āni ad eū ab aliquo ascēdē/tiū inceptionū p̄cedētiū aut ex locis cōiunctionū. ¶ Drā secūda in significa tionib⁹ thauri fm̄ huic sile. ¶ Drā tercia ī significationibus geminoꝝ scd̄m huic sile. ¶ Drā quarta in sigtionib⁹ cancri scd̄m huic sile. ¶ Drā quinta in sigtionib⁹ leonis scd̄m huic sile. ¶ Drā sexta in sigtionib⁹ virginis scd̄m huic sile. ¶ Drā septima in sigtionib⁹ libre scd̄m huic sile. ¶ Drā octaua in sigtio nibus ♏ scd̄m huic sile. ¶ Differētia nona in sigtionibus ♐ scd̄m huic sile. ¶ Drā decima in sigtionib⁹ capricorni scd̄m huic sile. ¶ Drā vndecima in sigtionibus aquarij scd̄m huic sile. ¶ Drā duodecima in significationibus pisciū scd̄m huic simile.



Aries

Hora prima in significationib⁹ arietis sup accidētia inferiora cū fueri ascendēs alicui⁹ temporū reuolubiliū aut anni puenerint ad eū ab aliquo ascēdētiū inceptionū precedētiū aut ex locis cōiunctionū.

POstq̄ʒ ergo iā pmisim⁹ in tractatu tercio cōtinuatiōes planetarū ꝛ cōmixtiōes eoꝝ ad inuicē. Videam⁹ g̊ in hoc tractatu cum intentione significationū signoꝝ singularit̄ cum fuerint ascendentia temporū quoꝝ rememoratiōnē premisim⁹ aut anni puenerint ad ea ab ascēdentibus inceptionū pcedentiū aut ex locis coniūctionū cum adiutorio dei. ¶ Dicam⁹ g̊ cū fuerit ascendens alicuius temporꝝ reuolubiliū aries: aut peruenerint ad euʒ anni ab aliquo locoꝝ quoꝝ rememoratiōnē premisimus signt illud q̄ apparebūt ī ciuitatib⁹ sup quas est almusteuli reges magnimin cū eo q̄ ciues eorum vtent̄ instrumētis ferreis ꝛ armis: ꝛ his similibus ꝛ interfectione ꝛ lite et combustione ꝛ igne: ꝛ derisio veniet hominibus in actionibus

τ festinationē permutationis de esse ad esse τ expandet̄ mors in eis τ mul
titudo egericie bestiarum cum eo ꝙ flabunt venti orientales τ occidenta-
les τ cum temperantia aeris quarte septentrionalis τ prosperitatem aeris
quarte estiue: τ erit autūpnus similis ei in qualitate τ multiplicabit̄ in ciui-
bus earum separatio τ peregrinatio τ itinera τ oculoꝝ dolor τ capitis τ ve
hementia frigoris hyemalis: τ casus niuis τ precipue apud descensum so-
lis in signum libre τ multitudinē herbarum τ pascuoꝝ animaliū τ medio-
critas arborum τ diminutio in seruabilibus cum densa hominū inquisitio
ne redituū domoꝝ τ tendarū τ cōsequent̄ cibaria corruptionē propter hu-
miditates τ minuent̄ messes harenales cum prosperitate ceterorū fructuū:
τ significat ꝙ plus induent̄ rubeo ꝗꝫ vestimētis alijs alioꝝ colorum: signifi
cat cum hoc iter ꝙ accidet regi babylonie τ victoriā de inimicis suis τ egri-
tudines que aduenient ſm quantitatem reuolutionis solis minoris: τ mo-
riet̄ aliqua ex mulieribus eius ex his que honorate sunt τ cōsequent̄ ciues
regionis eius gaudia τ securitatē: τ significat mortem eius in die: τ ꝙ sub-
limat̄ filius suus in illo post eum: τ persequet̄ ciues persaruꝫ τ oriētis mala
cum morte que erit in eis τ egentiā boum τ paucitatē cibarioꝝ τ augmen
tationē fluminū τ erit siccitas τ fames in armenia valida τ cadet mors in
terra romanorum cum tranquillitate eorum cum inimicis τ aduenient eis
tristicie τ planctus vehemens: τ aduenient bella inter arabes. Qꝫ cū fuerit
pars ascendētis in tercia prima ab eo: aut fuerit directio in eo ad aliquod
almubteꝫ: aut peruenerit profectio ad ipsuꝫ significat multa tonitrua τ ful-
gura τ ventos. Si fuerit in tercia media ab eo significat cōmixtionē aeris:
Et si fuerit in vltima ab eo sigt̄ caliditateꝫ eius. Et si fuerit in partibus eius
septētrionalibus caloreꝫ aeris τ humiditatem eius. Et si fuerit in meridio
nalibus frigiditatē eius. Et vt venimus cum eo ꝙ exponere voluimus: cō-
pleamus ergo adiutorio dei differentiā primā tractatus quarti.



Differẽtia secũda in significatione thauri adinstar illius.


Dicam⁹ itaqꝫ ꝙ cũ fuerint ei significationes quas ꝑdiximus
signũ illud ꝙ apparebũt iu ciuitatib⁹ sup quas ꝛ almusteuli ꝓ
digia que accident hominib⁹ cũ decisione que vertent̃ de eis
ꝛ fixitudo rerũ sup vnũ esse ꝛ accidẽt eis dolores gutturis ꝛ
inflatio ꝛ relaxatio ꝛ aduẽtus bubonũ: ꝛ multiplicatio mor
tis ꝛ timoris ꝛ multiplicabit̃ desideriũ in mulierib⁹ ꝛ delecta
tio cũ eis ꝛ perscrutatio quadrupedũ ex his que comedunt̃, ꝛ vtunt̃ cuꝫ ma
gno precio boum ꝛ erit annus mediocris ꝛ fortasse adueniet siccitas in eo
ꝛ multiplicabit̃ panis ꝛ vinũ ꝛ fructus: ꝛ erit indumentũ eoꝝ ꝺm maiorem
partem lane ꝛ piloꝝ ꝛ albũ ex coloribus. Et significant ꝙ aduenient infra
feriꝫ egritudines ꝛ multiplicabit̃ mors aĩaliuꝫ cũ inusitato flatu ventoꝝ ꝛ
oriẽtis ꝛ occidẽtis cũ vehemẽtia frigoris quarte vernalis ꝛ bona cõmixtio

ne aëris quarte autũpnalis: ꝛ erit quarta hyemalis calida. ꝛ multiplicabũ-
tur niues in medietate eius ꝛ corroborabit̃ frigus ꝛ fient pluuie pauce ꝛ to
nitrua ꝛ fulgura cum casu grandinis destruẽtis ꝛ multiplicabunt̃ destruẽ-
tes extensiones mariũ ꝛ cõsequent̃ ciues babylonie formidationes ꝛ timo
res terribiles ꝛ malũ ꝛ inuidebunt sibi adinuicẽ reges ꝛ considerabunt de
aliquo vt eum interficiãt ꝛ vincet eos: ꝛ effundent̃ sanguines multi ex hoc.
Et cum fuerit pars ascendẽtis in prima tercia eius: aut fuerit profectio in
eo aut aliqđ almubtez aut peruenerit perfectio ad eum sig̃t illud multitudi
nem rumorũ terribiliũ ꝛ flatum ventoꝝ: ꝛ si fuerit in tercia secũda sig̃t illud
multas humiditates ꝛ frigiditatẽ: ꝛ si fuerit in vltima tercia eius sig̃t uehe-
mentiã caloris ꝛ multa fulgura ꝛ coruscationes. Et quia auxiliante deo iã
explicauimꝰ ꝙ exponere voluimꝰ. cõpleamus igitur differentiaꝫ secundam
tractatus quarti.



Differentia tercia in significationibus geminorum adinstar illius.

Dicamus ergo quod cum fuerint ei significationes quas diximus significat quod apparebit i ciuitatib' sup quas est almuztauli nimia consideratio misterijs que fuerint supra naturam: sicut theologia et scientie celestes superiores: et esse fidei et prophetia et astronomia et prophetia et musica: et omnes disciplinales et vincet in eis bona facies et largitas animarum et opus cum temperātia et coloratio in actionibus et mutatio rerum adinuicem: et participatio in eis et vti formis et sculpturis et picturatione et coloratione et fabricatione ciuitatū cogitatū et aularū regaliū munitarum et bene apparentiū et populationibus et accident in eis egritudines et dolor capitis et oppressio mortis in animalibus cum multo flatu ventorum calidorum venenosorum in quarta estiuali et retentione aeris in quarta autūpnali et multiplicabunt pluuie in quarta hyemali: et erit vincens viride ex coloribus. Et significat quod consequetur rex babylonie egritudinē: et postmodū euadet ab ea et mutabit propter suos principes: et irascetur super quosdam eorum et erit apparitio insurgentium in armenia: et interficient sese adinuicem: deinde fugient ad alienas ciuitates: et alterabit esse eorum et corroborabunt sup eos inimici sui: et vincet eos et cōsequentur romani mala: et cadet in eos mors ex diuersis egritudinibus et multiplicabunt tristicie eorum propter causas istas et multiplicabunt pluuie illic: et significat infortunia que adueniunt ciuibus hyspanie ex interfectione et egritudinibus: et multa tonitrua et coruscationes et ventos orientales destruentes redditus .s. fructuum et precipue in parte meridionali et multiplicabuntur messes in pluribus climatibus et aborsus pregnantiū et casus mortis in pueros et iuuenes et multitudinē frumenti et ordei et dactilorum et largitatē et casum leticie in vineas cum salute arborū. Et si fuerint partes ascendentis in tercia prima eius: aut fuerit profectio in eo: aut aliquod almamareth aut puenerit profectio ad eam significat humiditatē aeris. Et si fuerit in tercia media significat bonam complexionē eius. Et si fuerit in tercia vltima eius significat mutationē eius et alterationem: et si fuerit in partibus suis septentrionalibus significat siccitatem et calorem. Et quia auxiliante deo explicauimus quod exponere voluimus: cōpleamus ergo differentiam terciam.



¶ Differentia quarta in significationibus ♋ adinstar illius.

Dicamus itaqꝫ ꝙ cum fuerint ei significationes q̃s diximꝰ significat ꝙ apparebit in ciuitatibus super q̃s est almuztauli multitudo coeundi ⁊ faciendi filios ⁊ itinerũ ⁊ mutationis ⁊ cõuersionis rerũ de esse ad esse: ⁊ consequenter famez ⁊ paupertatẽ propter siccitatẽ: ⁊ augmentabitur eoꝝ timor ex inimicis suis: ⁊ cadẽt in eos bubones ⁊ mors: ⁊ erit annus subtilis sup hoĩes propter multa que aduenient in eo de interfectione ⁊ multitudine locustaruꝫ destruentium et aĩalium: ⁊ nocebunt lupi hominibꝰ ⁊ facere foueas ad pducendos riuos ⁊ augmentũ aquarũ cum frigiditate q̃rte vernalis: ⁊ mediocritate aeris q̃rte estiualis: ⁊ multus flatus ventorum occidentalium: ⁊ aque ductus ⁊ frigus vehemens in quarta hyemali: ⁊ temperantiam aeris quarte autumnalis: ⁊ augmẽtum plantationum ⁊ seminuꝫ: ⁊ erit vincens super eos indumentũ vestimẽtorum que assimilantur fimo in colore: ⁊ quietudo regis babilonie

ꝛ paucitas motus eius ꝛ itinerum: ꝛ pernoctabunt inimici ꝛ insurgētes ad plures ciuitates eius et consequenť eū propter illas causas angustie multe: ꝛ effundetur sanguis ꝛ durabit illud per quatuoꝛ menses: ꝛ erit fertilitas in terra romanoꝛum: ꝛ aduenient ei doloꝛes oculoꝛum ꝛ epiglot[illegible]: ꝛ cadet indigentia in equos ꝛ asinos: ꝛ moꝛs in animalia: ꝛ multiplicabuntur comestibilia et potabilia: et cum fuerint partes ascendentis in tercia pꝛima eius: aut peruenerit directio ad eum: aut aliqđ almamareth: aut peruenerit profectio ad eum significat rumoꝛes terribiles et caloꝛem aeris. Et si fuerit in tercia media eius significat pulcram cōmixtionez aeris: ꝛ si fuerit in vltima tercia eius significat flatum ventoꝛum eius: ꝛ si fuerit in partibus septentrionalibus significat vehementiam caloꝛis: et si fuerit in meridionalibus significat illud idem. Et quia iam explicauimus quod exponere voluimus. Compleamus ergo differentiam istam.



¶ Differentia quinta in significationibus ꝙ adinstar illius.


Dicamus ergo cū fuerint ei significationes quas diximus significat ꝙ apparebit in ciuitatibus sup quas almuztauli multa natiuitas regum ꝛ tyrannorum ꝛ apparitio eorum cum fortitudine ꝛ audacia ꝛ strēnuitate ꝛ timorositate: et multa austeritate ꝛ magnimitate: ꝛ amore fame ꝛ amore belland et fraude ꝛ deceptione et angustijs ꝛ tristicijs: et derisio hominum: ꝛ desiderium in auro ꝛ argento et lapidibus peciosis: ꝛ accident hominibus egritudines ꝛ precipue in stomacho ꝛ ore cum aduentu bubonum ꝛ multitudine mortis: et corroborabitur sup pregnantes partus: ꝛ multiplicabūtur lupi qui nocebunt hominibus: ꝛ aer fiet tenebrosus in hora scꝫ successiue post horā cum eo ꝙ erit mediocris aer quarte vernalis: ꝛ declinabit ad frigus: ꝛ vehemēs calor in quarta estiuali ꝛ flabit ventus occidentalis in fine eius ꝛ incessanter: ꝛ erunt multe pluuie ꝛ forte frigus in quarta hyemali ꝛ pauci venti in fine eius: ꝛ pauci erūt fructus arborum: ꝛ meliorabuntur plantata: ꝛ aque fontium minuētur: et erit vicens super eum indumentuꝫ fuscum ex vestimentis diuersorum colorum sicut albedo cinereitas et rubedo. Et si fuerint partes ascendentis in tercia prima eius: aut fuerit pfectio in eo ad eum significat vehementiam caloris ꝛ angustie: et si fuerit in tercia media significat bonam aeris cōmixtionem: ꝛ si fuerit in tercia vltima significat humiditates ꝛ rores: ꝛ si fuerit i partibꝰ septentrionalibus significat mutationem aeris ꝛ caliditateꝫ eius: ꝛ si fuerit in meridionalibꝰ significat humiditateꝫ aeris. Et quia auxiliante deo iam explicauimus quod exponere voluimus, Compleamus ergo differentiam quintam.



¶Differentia sexta in significationibus ♍ adinstar illius.


Dicam⁹ itaq3 ꝙ cū fuerint ei sigtiones q̄s ꝑdiximus significat ꝙ apparebūt in ciuitatib⁹ sup̱ q̄s est almustauli reges bonaꝝ facierū ⁊ pulcri ab eo ꝙ abutunt̄ coitu non ƀm legez:⁊ vtunt̄ substantijs q̄ sunt sup̱ naturā:⁊ rethorica ⁊ dyaletica ⁊ bonis morib⁹ ⁊ bono aīo:⁊ defraudatione ⁊ deceptione derisione ⁊ tpantia ⁊ subtilitate rerū ⁊ specieb⁹ ⁊ odoramento:et vtunt̄ delectationib⁹ ⁊ ociositate ⁊ fabricatione ⁊ messib⁹ ⁊ plantationib⁹ ⁊ participatione rerū:⁊ multiplicabitur cū eis fames ⁊ egritudines ⁊ interfectio:et durabit illud multū cum dolore gutturis:⁊ erunt plures illius anni femine ⁊ etiam aīalia illius anni q̄drupedia femina:⁊ ƀm maiorē partē erunt cum difficultate partus:⁊ erit aer tenebrosus in hora post horā:et q̄rta vernalis plurium pluuiarū ⁊ niuium cū incessanti flatu ventoꝝ septentrionalium cū vehementia eius:⁊ ꝓsperabitur aer q̄rte estiualis:⁊ erit quarta autumnalis

mediocris: et principium quarte hyemalis mediocre et finis eius vehement frigoris: et flabunt cum eo venti septentrionales cum augmento pluuiarũ et profecto reddituũ hereditatũ et maxime fructuũ oliuarũ: et erit vincẽs super eos indumentũ viride et panni diuersorum colorum et tincturarũ sicut purpura et his silia: et accident regi babilonie egritudines et precipue apud introitũ ☉ in domũ suã: et erit illud iuxta quãtitatẽ reuolutionis minoris ♃: et multipli cabunt locuste et panis et vinũ in babilonia. Et si fuerint partes ascẽdentis in tercia prima eius aut fuerit directio in ea aut aliqđ almubtez aut puenit pfectio ad eum significat illud calorẽ aeris: et si fuerit illud in tercia media significat bonã complexionẽ eius: et si fuerit in tercia vltima eius significat humiditatez aeris: et si fuerit illud in partibus septentrionalibus significat ventorum flatus: et si fuerit in meridionalibus significat bonã aeris complexi onem. Et quia iam explicauimus qđ voluimus. Compleamus differentiaz istam.



¶ Differentia septima in significationibus ♎ adinstar illius.


Dicamus itaq₃ q͏ cum fuerint ei significationes quas diximus significat q͏ apparebunt in ciuitatibus super quas est almuztauli leges prophetarum et decreta eorum et fides ꝛ sermo in eis: et fabrice ecclesiarū et domus orationis et seruientes earum et custodes earum cum bonitate facierum et pulcritudine que erit in eis: et largitate ꝛ iusticia et equitate et veritate et sermone et explanatione ꝛ acceptione et donatione et venditione et emptione: et arismetrica ꝛ geometria ꝛ in diuersis scientijs expositiōe: cantuum et modulationum et aliorum preter hec: et esse solacij et gaudij ꝛ tripudiorum et delectationis: et letificabunt homines sese: et multiplicabunt pecunie in manibus eorum: et edificabunt ciuitates et aulas et viridaria et loca amena: et populationes cum coleratione presentiarum: et permutationes rerū cum velocitate de esse ad esse et ꝑticipatione in eis: et incurrere infortunia et impressiones cum salute parturientium et filiorum eorum: et obscurabitur aer in hora post horam: ꝛ multiplicabitur flatus ventorū calidorum venenosorum in quarta vernali: ꝛ flatus ventorum calidorū venenosorum in quarta estiuali: et equalitas erit quarte autumnalis: et mediocritas quarte hyemalis: et erit quo magis vtuntur ciues indumentū nigrū ex coloribꝰ: et accidet regi babilonie gaudium cum luminare maius fuerit in directo signi ♋: et letabitur et videbit qđ letificabit eū: ꝛ multiplicabunt motus ꝛ venatio: et cadet mors in plebem eius. Et cū fuerint partes ascendentis in tercia prima eiꝰ aut fuerit directio in eo aut peruenerit profectio: aut aliquod almubtez ad eum significat bonam aeris complexionem: et similiter in tercia secunda eius et tercia: et si fuerit in partibus eius septentrionalibus significat flatum ventorum: et si fuerit in meridionalibus significat multitudinez nubilorum. Et quia auxiliante deo iam exposuimus qđ explanare voluimus. Compleamus itaq₃ differentiam septimam.



¶ Differentia octaua in significationibus ♏ adinstar illius.

Postq̄ȝ aūt premisimus in differentia septima qualiter sciamus significationes ♎. Tractem⁹ ergo in hac differentia qualiter sciamus figtiones ♏. Dicam⁹ itaqȝ ꝙ cum fuerit ei figtiones quas prediximus figt ꝙ apparebunt in ciuitatib⁹ super q̄s est almuztauli reges pulcrarū facierꝝ: ꝓdigi multas expendentes pecunias ⁊ coitus: ⁊ multiplicabunt̄ pħici ⁊ paralitici ⁊ medicine: ⁊ ingenia hoim pauca fient in rebus quas ꝑscrutabuntur: ⁊ multiplicabunt̄ guerre et bella ⁊ dep̄dationes in sceleritate: ⁊ acuitas ⁊ leuitas ⁊ planctus: ⁊ carcer ⁊ carcerati ⁊ angustie ⁊ tristicie: et ꝓditio ⁊ accusatio et mixturatio ⁊ inf̄ectio ⁊ egritudines: ⁊ accidēt in aere tenebre in hora post horā: ⁊ multiplicabunt̄ pluuie: ⁊ erit q̈rta vernalis calida ⁊ nubes erunt pauce in ea ⁊ pluuie ⁊ venti ⁊ frigus: ⁊ erunt estas et autumn⁹ tꝑati: ⁊ corroborabitur frigus hyemis et

flabunt in medietate eius venti occidentales ꝛ multiplicabunt pluuie in eo ꝛ aqueduct⁹ magni: ꝛ signt multitudinē annone ꝛ messium: ꝛ destructionem pascuoꝝ post destructionē niuium: ꝛ multitudinē bestiarū aque et aīalium eius ꝛ vermium terre: ꝛ nocumentū hoibus ab eis: et erit vincēs super eos indumentū nigrum: ꝛ signt multum timorem in plurib⁹ terris: et paucitatem interfectionis: ꝛ multā mortem in pueris fore ꝛ mulierib⁹ ꝛ mortē quadrupedum: ꝛ multa infortunia in ambulantib⁹: ꝛ apparitionē minerarū diuersarum scʒ ex ferro ꝛ ex alijs: ꝛ erit annus prosper pregnantib⁹. Qꝫ si fuerint partes ascendentis in prima tercia eius: aut directio fuerit in eo aut aliqd almubtez: ꝛ aut puenerit pfectio ad eum signt multas nubes. Et si fuerint in tercia scda eius signt bonā aeris complexionē: ꝛ si fuerit in vltima tercia eius signt molliciem ꝛ calorez: ꝛ si fuerit illud in partib⁹ suis septentrionalib⁹ signt caliditatē aeris: ꝛ si fuerit in meridionalib⁹ signt illud idem. Et qa auxiliāte deo explicatū est qd exponere voluimus. Compleamus igitur dīam istam.



Differentia nona in figtionib' sagittarij ad instar illius.

D Icamus itaq; q cum fuerint ei significationes quas narra uimus sigt q apparebunt in ciuitatibus super quas est al/ muztauli fortitudo regum z nobiliu z apparebit prouiden/ tia eoz super prouidentiam ex populis z multa milicia z fer rum in instrumeto belij et gubernatio militum et fraus et in geniu z largitas et congregatio pecuniarum et dispersio earum et mundi/ cia in cibo et potu et indumento et in omnibus rebus:et consequent homi nes egritudines z sanguinis feruorem et corroborabit dolor pregnataruz z multiplicabunt lupi et bestie. Et erit quarta vernalis multaruz nubiuz et pluuiarum et ventoz et erit quarta autupnalis temperatoz vetoru et quar ta hyemalis frigida humida et multiplicabit bonuz et panis et vermes ter re z fortasse significat destructione spicarum et erit vicens super eos ciues color fustus: et consequet rex babylonie egritudine febris et dolorem ca/ pitis et durabit illud. 22. diebus et circudabunt inimici terras romanoruz et pigebit illud ad eos et consequet terra aldeilen bellum z fortasse conse/ quent dolorem iuncturaru et remouebit illud ab eis. Et cuz fuerint partes ascendentis in tercia prima eius:aut fuerit directio eius in eo aut aliquod almubtez et aut peruenerit profectio ad eum significat humiditatez aeris et si fuerit in tercia media significat bonam eius complexione: et si fuerit in tercia vltima significat caliditate eius: et si fuerit illud in partibus suis septentrionalibus significat flatum ventoz: et si fuerit in meridionalibus significat humiditatem aeris et velocitate mutationis. Et vt venimus cuz eo q exponere voluimus:copleamus igit dram nona.



Differentia decima in significationibus capricorni ad instar illius.


POstq̃ ergo p̄misim⁹ in dr̃a nona figtionē sagittarij: tractemus ergo in hac dr̃a figtionē capricorni. ¶ Dicam⁹ itaq̃ q̄ cū fuerint ei figtiones quas narrauimus figt q̄ apparebunt in ciuitatibus sup̄ quas est almusteuli: multa concupiscentia in mulierib⁹ ⁊ desideriū ⁊ coitus ⁊ venatio ⁊ acuitas ⁊ leuitas ⁊ ire ⁊ angustie ⁊ mendaciū ⁊ iniuria ⁊ fraus ⁊ malū cum multa abscisione a ciuitate hominū adinuicē ⁊ fortasse consequent̄ bubones: multas pluuias in quarta vernali: ⁊ bonus aer in quarta estiuali ⁊ flatus ventoꝝ orientaliuꝫ in eo cum caliditate quarte autūpnalis ⁊ temporis eius cū mediocri frigore in principio quarte hyemalis ⁊ constrictione eius in fine eius ⁊ corruptione arborum ⁊ plantaruꝫ ⁊ erit annus, s, nec bonus nec malus inter vtrūq̃: ⁊ erit aduentū aque in eo

ꝛ temporatus: ꝛ erit vicens super eos indumentū nigrum ex coloribus ꝛ ti-
mebiť sup regem babylonie pre quibuſdam inimicoꝝ eius: ꝛ aduenient in
fortunia in ciuitate ſua ex metu ꝛ morte ꝛ rumoribuſ terribilibꝰ: ꝛ cadet inť
homines diſcordia: deinde rectificabit rex inter eos ꝛ effundeť ſanguis cir
ca babyloniā ꝛ illud apud equidiſtantiaꝫ ſolis ad terciam faciem ſcorpio-
nis. Et cū fuerint partes aſcendētis in tercia prima eius aut fuerit directio
in eo aut aliquid almubtez: aut peruenerit profectio ad eum ſignificat cali
ditatem aeris. Et ſi fuerit in tercia media ſigť bonam eius complexionem
Et ſi fuerit in tercia eius vltima ſigť illud idem: ꝛ ſi fuerit in partibus eiꝰ ſe-
ptentrionalibus ſigť humiditatē aeris: ꝛ ſi fuerit in meridionalibus ſigni-
cat illud idē. Et vt venimꝰ ſup illud quod voluimꝰ: cōpleamꝰ igiť dr̄aꝫ iſtaꝫ



Differentia. ii .in sigtionib' aquarij ad instar illius.


Dicamus itaq3 q cum fuerint ei significationes quas predi/ximus significat q apparebit in ciuitatib' super quas est almusteuli exercitiũ fabricamenti ciuitatũ et aulaꝝ fortiũ ꝛ cõcauationũ fluminũ et plantationu3 arboꝝ et cogitationũ in mortuis et esse patrũ qui fuerũt ꝛ exercitiũ vitroꝝ et his similia ex substantijs mollibus et adueniẽt ambulantibus damna: et erit quarta vernalis mediocris in frigore cum vehementia caloris in quarta estiuali cum declinatione quarte autũpnalis ad calorẽ: et multiplicabunt in eo chorusca tiones et tonitrua et pluuie: et' corroborabit frigus in quarta hyemali cum multis niuibus et flatu ventorum orientaliũ et nocebunt humiditates vineis: ꝛ erit ann' fertilis: ꝛ augmentabunt annone ꝛ dactili ꝛ plantatio arborum ꝛ multiplicabunt locuste nocentes eis: ꝛ consequet omnis terra existens super littora maris aut super ripam terribilia damna vt sunt siccitates et egritudines ꝛ his similia: ꝛ multiplicabit in terra arabum bonum ꝛ gaudium ꝛ litigabunt romani cu3 inimicis suis. Q si fuerint partes ascendentis in tercia prima eius: aut fuerit directio eius in eo aut aliqd almubte3: aut peruenerit profectio ad eũ significat illud humiditatẽ aeris Et si fuerit in tercia secũda significat cõmixtionem aeris. Et si fuerit in tercia vltima significat flatum ventorum sine intermissione. Q si fuerit in partibus septentrionalibus significat flatum ventoru3. Et si fuerit in meridionalibus significat nubila. Et quia auxiliante deo iam explicauimus q exponere voluimus: cõpleamus itaq3 dfam. ii .cum virtute eius.



Differentia. 12. in significationibus pisciũ ad instar illius.

DIcamus ergo ꝙ cum fuerint ei significationes quas predi-
ximus significat ꝙ apparebit in ciuitatibꝰ super quas est al-
musteuli consideratio esse theologie cũ eo ꝙ exercebũt mun
diciã ⁊ scientiã decretoꝝ in fidibꝰ ⁊ dedignationẽ in rebus ⁊
exercebũt multa spõsalicia ⁊ familiaritatẽ hominũ ⁊ solatiũ
eorum adinuicẽ ⁊ cõuenientiã ⁊ securitatẽ ⁊ religionẽ ⁊ sani
tatem cõmercij inter eos ⁊ iustam exercebunt doctrinã ⁊ ingeniũ ⁊ derisio
hominũ versabit̃ inter eos ⁊ consequent̃ egritudines ⁊ multiplicabit̃ appa
ritio luporum terre ⁊ maris ⁊ pluuiarũ ⁊ aquarum: ⁊ cauatio fluminum: ⁊
plantatio arborꝫ cum multis substantijs aquaticis sicut margarite ⁊ erit
color quo magis vtent̃ ex coloribus indumentis albis ⁊ his similia: ⁊ adue
nient omnibus terris aquarũ ⁊ precipue ciuibus alcusa in hora quarte ver
nalis egritudines: ⁊ erit annus fertilis ⁊ erit paucus panis in terris chaim
⁊ libre ⁊ scorpionis: ⁊ ampliabunt̃ egritudines ⁊ occasiones ⁊ vlcera ⁊ cõse
quent̃ pregnate nocumẽtũ in hora partus cũ multitudine inimicoꝝ in plu-

ribus orizontibus ꝛ erit annus fortis:ꝛ cõsequent̃ in eo homines bellũ do
nec mutẽt se de locis suis ad loca alia ꝛ mltiplicabit̃ interfectio ꝛ erit mors
ꝛ timor ꝛ rumores terribiles in plurib⁹ climatibus sigt multũ ventoꝝ flatũ
occidẽtaliũ ꝛ esse pluuiarũ in quarta vernali ꝛ, vehementiã caloris in quar
ta estiuali ꝛ mediocritatẽ aeris quarte autũpnalis ꝛ frigoris multitudinẽ
in quarta hyemali ꝛ prosperabit̃ agricultura ꝛ multiplicabunt̃ fruct⁹ ꝛ pa-
nis cũ pauca reseruatione redditũ. Qꝫ si fuerint partes ascẽdẽtis in tercia
prima eius aut fuerit directio aut aliquod aliud subtezet: aut puenerit peruẽ
tio ad eũ sigt bonã aeris cõmixtionẽ. Et si fuerit in tercia media sigt humi-
ditatẽ eius: ꝛ si fuerit in tercia vltima eius sigt caliditatez aeris. ¶ Cõpleta
est. 12. drã tractat⁹ quarti: ꝛ volui huic adiũgere libro pscrutationẽ merca
cionũ diuitiarũ ꝛ signoꝝ: ꝛ qd habeant de ciuitatib⁹ ꝛ adiungem⁹ ei qd sci-
mus de ascendente ois ciuitatis.



De diuisione climatũ quid habeant ex planetis.

PRimũ clima est indoꝝ: ⁊ ipsuȝ ē saturni: ⁊ hȝ ex signis ♑ ⁊ ♒
¶ Secũdũ clima est alhigecȝ ⁊ ethiopie ⁊ ip̄m est iouis: ⁊ hȝ
ex signis ♐ ⁊ ♓. ¶ Terciũ clima egypti ⁊ ip̄m est martꝭ: ⁊ hȝ
ex signis ♈ ⁊ ♏. ¶ Quartũ clima babylonie eradie ⁊ est ip̄m
solis: ⁊ hȝ ex signis ♌. ¶ Quintũ clima romanoꝝ: ⁊ ip̄m est
clima ♀: ⁊ hȝ ex signis ♉ ⁊ ♎. ¶ Sextũ clima gog ⁊ magog:
⁊ est clima ☿: ⁊ hȝ ex signis ♊ ⁊ ♍. ¶ Septimũ vo clima p̄sarũ ⁊ est clima
☽: ⁊ habet ex signis ♋. ¶ Ista sunt climata ⁊ signa ⁊ quod nos rememo-
ra bimur. ¶ Aries habet ex terris ⁊ prouincijs persiam ⁊ arabigen ⁊ brita-
niã ⁊ balicam ⁊ carmē ⁊ germenã ⁊ palestinã ⁊ partem balea. ¶ Thaurus
habet ex terris quicquid post hispaem ⁊ paruas ex insulis romanoꝝ ⁊ ca-
bros ⁊ asiam paruam. ¶ Gemini habet ex terris alialem ⁊ deilen ⁊ virgen
⁊ rabiasten ⁊ armeniã grandem ⁊ margualem ⁊ maraniã ⁊ egyptũ. ¶ Cã-
cer habet ex terris babyloniã ⁊ affricam ⁊ luchiam que est in terra roma-
noꝝ ⁊ franciam ⁊ aureniam ⁊ oriam. ¶ Leo habet ex terris terram thurco
rum ⁊ desertum eoꝝ ⁊ talia ⁊ phalascha ⁊ ahoma ⁊ terrã homȝ ⁊ damascũ
⁊ nigredinem altufa. ¶ Virgo habet ex terris loachia ⁊ terram babylonie
⁊ terram almaneũ ⁊ terram insule et terram grecorum et affricaȝ. ¶ Libra
habet ex terris terram hare ⁊ ȝaiaȝsten ⁊ terram thurcoꝝ que nominatur
achitus: ⁊ tetram carmē. ¶ Scorpio habet ex terris terram aligeȝ ⁊ guatil
⁊ turagiã ⁊ terminos hululie ⁊ hubediã ⁊ aleminiã et suriam ⁊ condochiã
⁊ thatriã et diocesim arabum et partes eoꝝ vsq; ad aliemen ⁊ candiã et co
qui et aliȝij et cõmunicat in alȝaihil ⁊ habet ex locis seminandis sũmitates
montium ⁊ omnem terram in qua sunt palme ⁊ omnem terram maurit et
vias et locum venationis ⁊ asturiam et locum altum discoopertum et ista
loca sunt libre ⁊ non scorpionis. ¶ Sagittariꝰ habet ex terris montes et al-
rar et ypaen et hispaniam et aliemem siciliam ⁊ habet ex locis viridaria et
loca bestiarũ et igniũ. ¶ Capricornus habet ex regionibus ethiopiã ⁊ mar
lem et ascin d et littus maris quod sequit̃ diocesim arabum et hominuȝ et
talbahrem vsq; ad indiam et limites eius ad ascin ⁊ habet algagueȝ ⁊ limi
tes terre romanorum et habet ex partibus terrarum loca aularum et loca
portarum et viridaria et omnem locum quē occupant riui et flumina et pa
ludes. ¶ Aquarius habet ex terris nigredinem ad partem montis et alcu
fa et partem eius et dorsum aligeȝ et terram alchipt et occidentem terram
alchind: et habet cõmunicationem in terra feriȝ et habet ex parribus terra
rum loca aquarum et fluminum decurrentium ⁊ maria ad omnem locum
quem aqua irrigat. ¶ Pisces habet ex regionibus trabrascem et partem
septentrionis et loca vinearum et omnem terram desertam humidam:

⁊ habet cōmunicationē in romanis ⁊ habet ex romanis vsq; ad terrā iheru solime ⁊ insulā ⁊ egyptū ⁊ aliud mare scʒ mare alienuʒ ⁊ altitudinē terre in die ⁊ habet ex partib⁹ aquarū lactinas ⁊ piscinas ⁊ littora mariū ⁊ tructas ⁊ loca aquosa ⁊ habet loca planctus ⁊ meroris. ¶ Adegila cōstellatio eius leo ⁊ ascendēs eius scorpio: persia feriʒ cōstellatio eius virgo: ⁊ ascēdēs ei⁹ scorpio: egyptus ascendēs eius cancer: ciuitas salutis sagittarius: altupha aquarius: ascin thaurus: terrator sen aquari⁹: albasaran scorpi⁹: insula ihe-rusolime aquari⁹: aldeibem gemini: aray scorpio: nigredo de terra arabie aquarius: metha libre ⁊ saturni: iechri scorpionis ⁊ veneris: hamē thauri ⁊ veneris: abrie piscis ⁊ mercurij: adeilem scorpionis ⁊ lune: trabrastē capri-corni ⁊ lune: ispahen sagittarij ⁊ solis: balther libre ⁊ martis: thorastē thau ri ⁊ lune: sarmochand arietis ⁊ mercurij: fragana thauri: ⁊ ciuitates astin leonis ⁊ veneris: ciuitas almotil capricorni: et alneir sagittarij et lune: do-mus capricorni et charasten gemioꝝ et mercurij: altuhe leonis et solis: ma licia aquarij et lune. reiseria capricorni et lune: et tabrastē libre et martis: almaʒiʒa leonis et lune: aria sagittarij et adeuluchia et babestina cancri et solis: cōstātinopolis thauri et martis: pectus geminoꝝ et adripolim scor-pionis et mercurij: hempʒ geminoꝝ et solis: rahalebecȝ libre et veneris: da mascus scorpionis et solis: beichʒibrim cancri et lune: scalona leonis: et ra-hilien leonis: et ad tauʒarin scorpionis et martis: beiseria palestina thauri et mercurij: tabaria piscis et martis: et dom⁹ sancta cancri et martis: et ale xandrie leonis et mart. ex eo geminis et solis: ahin sampʒ geminoꝝ et mer curij: asuen scorpionis et lune: almatiʒa leonis.

Diuisiones regnoꝝ principaliū terre quid habeant ex signis.

Diuisiones terre sūt. 4. quaꝝ prima ē anthiochia ⁊ pars oriē tis et habet ex signis cancrū et leonē et virginē et ex planet. solē et mercuriū. ¶ Secūda alexandria et qd̄ est circa eaʒ a parte meridiei: et habet ex signis librā et scorpionē et sagit-tariū et ex planetis venerē et lunā et saturnū. ¶ Tercia pars armenie et sunt in occidente: et habet ex signis capricornuʒ et aquariū et pisces: et ex planetis venerē et iouē et martē et lunā. ¶ Quar ta cōstantinopolis a septētrione: et habet ex signis arietē et thaurū et gemi nos: et ex planetis mercuriū et venerē. ¶ Et estimauerūt indi q̄ principiuʒ fuit die dn̄ica sole ascēdēte et est inter eos. s. inter illū diē et illū diē diluuij septingenta milia miliū miliū et viginti milia miliū miliū et sexcēta milia mi liū: et trigintaquatuor milia miliū et quadraginta milia et quadragitaduo milia et septingenta et quindecim dies qui erunt anni persici milies milies milia et nongētesies mille milia: ⁊ trecenties mille et quadragesies mille ⁊ nōgenti et trigintaocto anni et trecenti quadraginta quatuor dies: et fuit diluuiū die veneris vicesimoseptimo die mensis rabe primi et est dies .29.

excibat:et eſt dies decimuſquartus ex adꝛſtinich. Fuerunt ergo inter dilu-
uium et pꝛimũ diem anni in quo fuit alhigira.3837.anni.2268.dies:⁊ erũt
ſm annos perſarũ.3725.anni.2348.dies:Et inter diluuiuz ⁊ diẽ gezdagir
regez perſarum ab inicio regni cuius ceperunt perfici eraz ſcz die ♂:ſcz illo
die exariſan fuerũt .3735.anni et. 10:menſes et.22.dies ſm annos perſaꝝ
et ſimiliter interfecerunt gezdagirth die ♂.22.diebus rabe pꝛimi anno. 11
de alhigera: Et inter diem pꝛimuz anni alhigere ⁊ regum gezdagir fuerunt
3634.dies erunt ſm annos ꝑſicos.9.anni et. 11 .mẽſes et.9.dies:Et fuerũt
inter diluuium et inter tempus habentis duo coꝛnua ſm annos romanos
2790.et. 126.dies: Et inter duo coꝛnua habẽte et pꝛimũ annũ de alhigera
932.anni et.287.dies ſm annos romanos:et erũt arabici.974.anni ⁊.294
dies : Inter diluuium et philippum ſuper coequantur tabule Ptholomei:
et cũ quo faciunt eram ſuam egiptij.2778.anni ⁊.232.dies ſm annos egi-
ptioꝛum:et ſunt conuenientes duo coꝛnua habẽtia annis : Et inter annos
philippi et habentia duo coꝛnua.22.anni et.3 16.dies:et philipp⁹ fuit pꝛioꝛ
Et inter philippuz et alhigerã.946.anni et.3 16.dies ſm annos egiptioꝛuz
et perſaruz:et erunt arabici.974.anni et.3 13.dies:Et inter philippũ et gez-
dargid.950.anni et.90.dies fuerunt. Completi ſũt quatuoꝛ tractatus deo
adiuuante.

TRactatus quintus libꝛi reuolutionum annoꝝ mundi Al-
bumaſar filij mahometi aſtronomici qualiter ſciamus ꝓ-
pꝛietates ſignificationũ planetaꝝ ſingulariter cum fuerũt
eis victoꝛie ſuꝑ aſcendẽtia alicuius inceptionis:aut fuerit
acolhodebia et algerbutebia ⁊ apud equidiſtantiaz eoꝛũ
⁊ equidiſtantiã curſuz ſeptentrionis aut meridiei aut ali-
cuius ſtellarũ habentium comas in omnibus ſignis ſin-
gulariter. ¶ Differentia pꝛima in ſcientia ſignificationuz ♄ ſingulariter qñ
fuerint ei ſuper aſcendentia alicuius inceptionis alhibuzez: ⁊ fuerit ei atel-
chodela et algerbutaria et apud equidiſtantiam eius in omnib⁹ ſignis ſm
modum cõmixtionis. ¶ Differẽtia ſcđa in qualitate ſcientie ſignificationũ
♃ ſm illud. ¶ Differẽtia tercia in ſignificationib⁹ ♂ ſm illud. ¶ Differẽtia
quarta in ſignificationibus ♀ ſm illud. ¶ Differẽtia quinta in ſigtionibus
☿ ſm illud. ¶ Differentia ſexta in ſignificationib⁹ ☽ ſm illud. ¶ Differẽtia
ſeptima in curſibus ſeptẽtrionis et meridiei et ſtellarum habentib⁹ comas
equidiſtantiam eoꝛum omnibus reliquis ſignis ſm modum cõmixtionis.

¶ Differentia pꝛima in ſcientia ſignificationum ♄ ſingulariter: cum aut
fuerit ei alhibatez ſuper aſcendentia alicuius inceptionis:aut fuerit ei acle
hotebia et elbutaria:aut apud equidiſtantiam eius in omnibus ſignis ſin-
gulariter.

Postq̄ itaq̄ venimꝰ in tractatu quarto cum qualitate scientie significationum signorū singulariter cum fuerint ascendētia alicuius inceptionis p̄cedentis quarū rememorationeꝫ p̄mi simus aut puenerint ad ipsa ab aliquo ascendente aliquarū inceptionum p̄cedentium aut a loco cōiunctionū. Tractemꝰ ergo in hoc tractatu qualiter sciamus proprietatē fiĝtionum planetaruꝫ singulariter cum fuerit ei alhibuzeꝫ super ascendentia alicuius inceptiōis: aut fuerit ei atelethodalcia aut agebutaria: apud equidistantiā cursum septentrionis ⁊ meridiei ⁊ stellarum cometarum in omnibus signis ſm horam cōmixtionis.



¶ Dicamus ergo ꝙ cum fuerint ♄ significationes quas narrauimꝰ ⁊ fuerit appropriatum eius significationi super speciem humanaꝫ significat illud ꝙ

accidet eis egritudines diuturne ꝛ pthisis ꝛ dissolutiones ꝛ nocumentũ ab
humiditatibus ꝛ a descensu ꝛ decursu superfluitatum: ꝛ febres quartane et
fuga ꝛ hesitatio ꝛ guerre ꝛ bella ꝛ mors ꝛ angustia: ꝛ precipue illi qui fuit in
senectute: ꝛ significat interfectionẽ regum ꝛ damna que aduenient eis ꝓpter
lupos: ꝛ regnabit in babilonia rex illaudabilis: ꝛ multiplicabitur ĩ eo malũ
ꝛ impedietur inquisitio victualium ꝛ domorum: ꝛ pauperabuntur diuites:
ꝛ morientur pauperes: ꝛ nõ verificabunt nobiles. Et si fuerit illud in specie
bestiali qua homines vtentur sigt ꝙ aduenient eis damnũ cum interfectiõe:
ꝛ accidet eis ꝙ ex eis fuerit ꝼm cõtrarium illius destructio corpoꝝ suorum
cum egritudinibꝰ que aduenient vtentibus illis bestijs filibus egritudinibꝰ
eorum: ꝛ erit illud causa mortis eoꝝ. Si fuerit sigtio eius ꝼm elementum
aereum significat illud vehementiam frigoris: ꝛ multam congelationem ꝛ
destructionem eorum super res cum diuersitate nebularũ ꝛ morbo ꝛ malã
cõmixtionẽ aeris: ꝛ multa nubila ꝛ flumina ꝛ vapores ꝛ tonitrua ꝛ choru-
scationes: ꝛ vehementẽ decursum nimiũ cum eo ꝙ generant ex illo vermes
nocentes nature hominũ. Si fuerit natura eius significans super elementũ
aquaticum significat illud ꝙ accidet in fluminibus ꝛ maribus vehementia
frigoris et submersio cum difficultate equitationis marium: et paucitatem
animalium aquaticorum: ꝛ multa maris cõtractio ꝛ extensio ꝛ augmentũ
superfluum in ipso: Et si fuerit significatio super arbores significat illud de
structionem earum ꝛ diminutionẽ earum ꝛ precipue earum que traxerint
ad acetositatem: ꝛ erit illud propter vermes que adueniũt eis aut locustas
aut propter abundantiam pluuiarum ꝛ frigoris.

¶ Significatio ṽo eiꝰ ꝼm modũ
cõmixtionis ad signum ♈ apud
equidistantiaꝫ eiꝰ sigt sup casum
mortis in iuuenibꝰ: ꝛ sup multaꝫ
rapinã ꝛ multam interfectioneꝫ
ꝛ guerras et ꝑcipue in parte me-
ridiei ꝛ orient̃ cum multitudine
latronũ incidentium vias: ꝛ ad-
uentum mali cũ mult̃ rumoribꝰ
terribilibus ꝛ ĩpetuositate ꝛ flatu
ventoruꝫ ꝛ prospera cõmixtione
aeris ꝛ fortasse accidit vehemẽs
calor: ꝛ corruptio in aere cum di
minutiõe panis ꝛ vini et vnguen
torum. Qꝫ si fuerit latitudo eius
septentrionalis sigt vehementiã



caloris ꝛ parum boni. Et si fuerit meridionalis sigt vehementiam frigoris et nimiuz gelu ꝛ multũ roris. Et si fuerit orientalis significat tristiciam que adueniet regibus propter causas rumorũ ꝛ pauoꝝ. Et si fuerit occidental' significat interfectiões que aduenient inter homines propter causas patrũ cum doloribus ꝛ prohibitione pluuiarum: et parum eq̃litatis cõmixtionis aeris. Et si fuerit retrogradus esse tonitruorum ꝛ chorušcationũ ꝛ fulminũ Cunq; apparuerit in eodem sub radijs ☉ sigt illud multa bella et guerras in parte orientis: ꝛ significat multos latrones et corruptionem terrarum cũ multitudine vermium: et mortem cadere in lupos: et paucitatem frumenti ꝛ vini in parte occidentis: ꝛ debilitatem habentium annos.




¶ Et si fuerit egdistans signo ♉ significat multam interfectionẽ in parte orientis ꝛ occidentis: et debilitatẽ habentium annos ex hoibus et multam infirmitatem eorum ꝛ diuersitatez esse eorum cum multa morte boum: ꝛ appa rentiam culparũ vel culpantium et casum niuium ꝛ pluuias inces santer et vehementiam frigoris: et multitudinez comestionum et potuũ et vnguentoꝝ: ꝛ mutatiõz veris a suo calore ꝛ corruptionẽ messiũ: et fortasse panis erit car⁹ propter illđ. Qꝫ si fuerit latitudo eius septentrionalis sigt bonam cõmixtionez aeris. Et si fuerit meridionalis sigt rixam que adueniet hoib⁹ cũ mortalitate multa: ꝛ pauca tpantia aeris. Et si fuerit orientalis sigt illud motum pluuiaruz ꝛ aliquid accidere in locis illis. Et si fuerit occidentalis significat illud maliciaz consuetudinum regis cum multis cõmixtionibus aduenientibus in hoies ꝛ rumores terribiles: et inuerecundiam latronũ: ꝛ apparitionẽ variolarũ. Et si fuerit retrogradus sigt cogitatũ qui adueniet regibus: et mortem hoĩs excellentissimi: ꝛ precipue in parte meridiei cum minutione precij domoꝝ ꝛ tendarũ. Cunq; apparuerit in eodez sub radijs sigt illud vehementiam frigoris in oriente ꝛ occidente et multas pluuias ꝛ flatũ ventoꝝ: ꝛ casum mortis in camelos et boues cum destructione arboꝝ ꝛ paucitate panis et vini: ꝛ precipue in parte occidentis.

¶ Et si fuerit egdistans signo ♊ sigt multam mortez aduenire in viros cum pigricia in pscrutatio nibus ⁊ tarditatez motus in eis ⁊ motum exercituū et inimiciciā eorum et eos destruere propter illam causaz multas terras cum casu niuium ⁊ vehementia aque ductus propter eas: ⁊ incessantē flatum ventorum validorum et multitudinem pluuiarū: ⁊ bonā cōmixtionez aeris: et corruptiōz agriculture. Qꝫ si fuerit latitudo eius septētrionalis sigt aduentꝰ terremotuum ⁊ validos ventos Et si fuerit meridionalis sigt sic



citatem aeris: et vehementiam caloris: et paucitatem arborum. Et si fuerit orientalis significat egritudinem regum. Et si fuerit occidentalis significat grossiciem aeris ⁊ paucitatem pluuiarū. Et si fuerit retrogradus significat reges dissipare census ⁊ qui fuerint in archis suis. Et si apparuerit in eo de subradijs significat illud vehementiam frigoris ⁊ valitudinez ventorum et multas aq̄s: ⁊ panē corrumpi: ⁊ cadere mortalitatē in partē septentrionis.

¶ Et si fuerit egdistans signo ♋ sigt illud apparentiā egritudinū accidentaliuz hominibus ꝓpter causas ventositatum ⁊ reumatis mos accidētales ⁊ tusses et pleu resim: ⁊ sigt multā peregrinatiōz hoim a locis suis propter malos aduētus qui aduenient inter eos ⁊ cōmixtiones cū egritudinibus que aduenient senibus ꝓpter su perfluitatē sanguis in corporibꝰ eorum: ⁊ significat multū gelu ⁊ pluuias ⁊ aquas. Et si fuerit lati tudo eius septentrionalis sigt in uolutionem rerū ⁊ inequalitatē earuz. Et si fuerit meridionalis



significat multas pluuias. Et si fuerit orientalis sigt multitudinez pluuiarū ⁊ augmentum aquarum ⁊ fluminum. Et si fuerit occidentalis sigt dolores

qui aduenient hominibus in oculis et morbidum: et mortem multam que cadet in mulieres cum proficuo qd ꝯsequentur que arant. Et si fuerit retro gradus significat mortem que aduenit nobilib⁹. Et cum apparuerit in eo de subradijs significat egritudines que aduenient hominibus in pectorib⁹ cum vehementia tussium: ⁊ multitudinem insurgentium ⁊ depredationem eorum in conuiuijs cum multitudine bellorum et effusione sanguinum: et quietudinē ventoꝝ: ⁊ cadere pestes in pane: ⁊ paucam vindemiam ⁊ bellū.

¶ Et si fuerit egdistans signo ♌ signt illud multas infirmitates venire mulierib⁹ sicut morbillos ⁊ febres cottidianas et tercianas: ⁊ mortē cadere in eas: ⁊ multos latrones ⁊ infortunium ⁊ bella: ⁊ precipue in parte orient: et incessantem flatū ventoꝝ calidoꝝ in dieb⁹ venenosis: ⁊ paucitatē pluuiarū: ⁊ vehementē siccitatē ⁊ erit in parte orient cum bona aeris cōmixtiōe: ⁊ forsan accidet mortalitas. Et si fuerit eius latitudo septētrionalis significat inuolutiones ⁊ inequalitatē earū




Si fuerit meridionalis significat multitudinē pluuiarum. Si fuerit orientalis significat augmentū fluminū ⁊ inundationem eorum. Si fuerit occidentalis significat egritudinem que aduenit mulieribus et precipue mulieribus regum cum proficuo earum propter illam causam et fortasse consequentur febres tercianas. Si fuerit retrogradus significat corruptionem aeris ⁊ mortalitatem ⁊ vehementiā ventorum calidoꝝ in diebus venenosis. Cum apparuerit i eo de subradijs ☉ significat illud causam guerrarum ⁊ bellorum: ⁊ multitudinem febrium et mortem aduenire hominibus cum eo ꝙ accident eis pestes et venena et mordicatio serpentum cum vehementia calorum: ⁊ mora dierum venenosorum: et paucitatem pluuiarum cum multa siti cum validitate ventorum. Et cum fuerit ♃ et ☽ propinqui ei soluitur quod diximus de morte et egritudine. Si fuerit ♂ ⁊ ♀ propinqui ei significat vehementiā interfectionis in parte orient. Si fuerit ☿ propinquus ei significat mortem magnatum

¶Et si fuerit egdistans signo ♍
significat illud corruptionē que
adueniet hominibꝰ: et rumores
terribiles multos: ꝛ consequent̄
nobiles infortuniuꝫ cū aduentu
bubonū accidentium mulieribꝰ
ꝛ precipue virginibꝰ ꝛ iuuenibus
cum corruptione aeris ꝛ medio
critate pluuiarū ꝛ fortasse multi
plicātur. Qꝫ si fuerit latitudo eiꝰ
septentrionalis significat bonaꝫ
aeris cōmixtionēꝫ. Si fuerit me
ridionalis significat illud idem.
Si fuerit orientalis sigt multitu
dinem pluuiarum et tonitruorū
ꝛ choruscationum ꝛ augmentuꝫ




aquarū in fluminibus. Si fuerit occidentalis sigt egritudinē que adueniet
regibꝰ ꝓpter dolores oculoꝝ ꝛ reumatismos cū paucitate pluuiarū. Si fue-
rit retrogradꝰ sigt plebē esse regibꝰ suis. Si appuerit in eodeꝫ de subradijs
☉ ꝛ cū eo fuerit ♀ sigt casum mortis in mulieres ꝛ ꝑcipue in v̄gines earū: ꝛ
paucitatē pluuiarū: ꝛ accidere febres acutas: ꝛ interfectiōꝫ inter occn̄tales
ꝛ septētrionales accidere ꝓdigia q̄ aduenient i aere. Si fuerit ibi ♂ accidēt
bella. Si fuerit ☿ ꝯturbatur aer ꝛ efficient venti validi. Si fuerit ibi ♃ sigt
paucitatem mortis: ꝛ accidere locustas in redditibꝰ cum eo qꝛ apparebunt
pestes ꝛ nocumentum.

¶Et si fuerit egdistans signo ♎
significat qꝛ accident hominibꝰ
dolores cordium et ventrium et
egritudines febriū ex ꝑte humi-
ditatū ꝛ multitudinē sepationis
mulierum a coniugibus suis: et
propter illas causas ꝯsequentur
nocumentum ꝛ infortunia cum
incessante flatu ventorū dierum
calidorum venenosorū: ꝛ bonaꝫ
cōmixtionem aeris: ꝛ paucitatē
panis et vini. Et cum fuerit lati-
tudo eiꝰ septentrionalis sigt illō
multum flatum ventorum. i. for
titudinem eorū. Et si fuerit me-
ridionalis sigt apparentiā mortꝭ



in hominibus. Et si fuerit orientalis signat quod accident hominibus egritudines et commixtiones eis nocentes. Et si fuerit occidentalis signat siccitatem aeris et paucitatem pluuiarum: et vehementiam frigoris. Et si fuerit retrogradus signat aduentum egritudinum longarum in homines et precipue in oribus et auribus cum paucitate equalitatis complexionis corporum. Et si fuerit apparitio eius de subradijs ☉ in eo signat aduentum bellorum. Et si ibi ♂ corroborabitur illud: et accident hominibus timores saluatici. Et si aspexerit ♃ aut ☽ destruuntur bella: et signat illud casum mortalitatis qui accidet hominibus et mortem cum multis guerris et obfuscationem aeris et conturbationem aeris et fortitudine ventorum et vehementiam calorum: et quod multi hominum superabuntur a mulieribus suis: et paucitatem panis et vindemie et olei.



¶ Et si fuerit equidistans signo ♏ signat illud paucam equalitatem complexionum corporum hominum et mortem cadere in eos et precipue in iuuenibus: et multiplicabuntur in senibus egritudines cum nocumento inimicorum: et vehementia frigoris hyemis cum exuberatione niuium destruentium messes. Et cum fuerit ei latitudo septentrionalis signat illud vehementiam caloris et lippe Et si fuerit meridionalis signat illud multitudinem pluuiarum et humiditatum. Et si fuerit orientalis signat illud inimicos facere guerram regibus et ipsos esse in angustia propter illas causas. Si fuerit occidentalis signat egritudinem que aduenient regibus in quibusdam eorum mulieribus cum eo quod mulieres querent quietem et tardum sibi motum: et parum erunt obedientes propter illas causas. Si fuerit retrogradus signat impedimentum rerum in tarditate motus: et multos rumores terribiles: et siccitatem aeris: et conturbationem hominum. Si apparuerit in eo de subradijs ☉ signat effusionem sanguinum inter partem septentrionis et occidentis et multas mortes vetularum cum morte infantium. Si fuerit ♃ et ☽ propinqui ei signat dolorem oculorum: et casum lapidum in vesicas eorum: et signat multas choruscationes et inundationes aquarum: et vehementiam ventorum: et vehementiam frigoris: et casum niuium. Si fuerit ♂ ei propinquus signat corruptionem arborum et messium: et paucum proficuum terrarum. Si fuerit ♃ propinquus ei signat paucitatem morbi: et claritatem aeris: et egritudines aduenire hominibus in oculis.



¶ Et si fuerit equidistans signo sagittarij significat illud accidens bubonum accidentiu hominib⁹ et pcipue nobilibus eo2 et electis eo2 cum vehementia dolorum in oculis: et erit interfectio in parte orientis cu multis angustijs que aduenient mulieribus et casum locustaru et casu mortis in aues et bona aeris comixtione. Si fuerit latitudo eius septetrionalis significat illud flatum ventoru. Si fuerit meridiana significat stabilitate reru et velocitate pmutationis earu. Si fuerit orientalis significat multas febres aduenire hominib⁹. Si fuerit occidetalis significat casu infortunioru et planctus in homines et depressione eo2 que fuerit in senectute et vilipediu eorum cum impedimento reru super eos et debilitate eo2 et bona aeris co mixtione. Si fuerit retrogradus significat caristia panis. Et si apparuerit in eo de sub radijs significat casum mortis in magnates et casum bellorum in parte occidetis. Si fuerit ppinquus mars et venus significat illud paucitate mortis cu multis infirmitatibus que aduenient ex doloribus oculo2 et reumatismis et morbos et apostemata et febres et dolores coxaru, et morte auiu: et expansione locustarum cu paucitate panis et vindemie et olei.



¶ Et si fuerit equidistans signo capricorni significat destructione maxima rerum factaru.i.preparataru et casum timoris in homines et rumores terribiles cum multitudine pluuiaru et aduetu terremotum et decorruptionem agriculture: et redditus aquaru propter multas aquas et humiditates. Si fuerit latitudo eius septetrionalis significat multa niuem cadere et gelu et vehementia frigoris et super habundatia


humiditatũ. Si fuerit meridiana significat illud idez. Si fuerit orientalis significat multã mulierib⁹ mortem. Si fuerit occidẽtalis significat apparẽtiam inimicoꝝ ⁊ cadere conturbationẽ in hoĩes ⁊ destructionẽ ambulantium cum multa difficultate trãsfretandi sup mare. Si fuerit retrogradus significat multam hominũ cõturbationẽ ⁊ susurrationẽ cũ dissipatione pecuniarũ ⁊ multitudinẽ casus elemosinarũ inter homines. Et si apparuerit in eo sub radijs significat casum grandinis cum vehementia pluuiaꝝ ⁊ validitudine ventoꝝ. Si fuerit iupiter propinquus ei significat aduentum bellorum in parte orientis: ⁊ multas aduenire pestes in terras: cuz multa vindemia ⁊ oleo.



¶ Et si fuerit apparitio eius in ♒ significat timores et homines occidere ⁊ multos vapores in mũdum ⁊ multas guerras et cõtrarietatem quorũdam ciuiuz climatum cum quibusdam regibus ⁊ principibus suis ⁊ opprimere eos ⁊ proijcere eos de terra ⁊ casuz mortis ⁊ morbi ĩ adolescẽtes mulieres. Si fuerit duo luminaria propinqua sigt paucitatem olei: angustias quẽ aduenient hominibus terribiles ⁊ dolores qui aduenient mẽbris cuz impetu aquaꝝ ⁊ minutione redditum ⁊ expansione locustarũ ⁊ destructionez vindemie ⁊ olei. ¶ Et si fuerit equidistans signo ♒ significat casum mortis in homines ⁊ rumores terribiles ⁊ vehementiaz timoris propter illam causam ⁊ peregrinationẽ plurium a locis suis: ⁊ multas locustas ⁊ multitudinem pluuiarum ⁊ inundationuz nocentium hominibus et incessantem flatum ventoꝝ ualidorum ⁊ euentus terremotuum ⁊ accidet arboribus ⁊ pane ⁊ vino detrimentum in illo anno. Et si fuerit latitudo ei⁹ septentrionalis sigt destructionẽ cadere in arbores. Si fuerit meridiana sigt multitudinẽ nubium ⁊ superfluitatem pluuiarum. Si fuerit orientalis sigt illud ꝙ aduenient regibus angustie ⁊ tristicie. Si fuerit occidentalis sigt multitudinez constrictionũ hominibus aduenientiũ ⁊ mortem cadere in eos qui fuerint in senectute cum aduentu humiditatũ ⁊ corruptione. Si fuerit retrogradus sigt niues cadere ⁊ vehementiã frigoris.



¶Et si fuerit equidistans signo piscium significat quod accidet hominibus mors propter turbationem que erit inter eos et precipue nobiles et dominos cum vehementia caloris et frigoris in temporibus vtriusque et paucam seruationem reddituum fructuum. Si fuerit meridiana significat multitudinem pluuiarum et augmentum fluminum. Si fuerit latitudo eius septentrionalis significat multitudinem flatus ventorum. Si fuerit orientalis significat paucitatem pluuiarum et mediocritatem aeris et multam commixtionem. Si fuerit occidentalis significat quod accident regibus angustie et tristicie propter motum inimicorum et multas infirmitates aduenire ex reumatismis. Si fuerit retrogradus significat mortem aduenire hominibus nobilibus. Si apparuerit in eo significat multitudinem aquarum et aqueductuum et corroborationem frigoris et aduenire malum hominibus. Si fuerit mars et venus propinquus ei aut in oppositione eius significat illud quod accident hominibus dolores oculorum cum paucitate pluuiarum et panis et euasione arborum et multiplicationem earum: et precipue arbores oliuarum. Et postquam venimus cum eo quod narrare voluimus. Compleamus ergo differentiam primam.



Differētia. 2. in qualitate scie significationū iouis ꝑm illud.

POstq̄ꝫ illud ꝑmisim⁹ itaqꝫ in differētia prima sciam ꝓprietatis
significationū saturni singularis cuꝫ ei fuerit dn̄m alhibuzez
sup ascēdentia alicui⁹ inceptionis aut fuerit alteiodeia aut
aberbutharia ei aut apud equistantiā eius in omnib⁹ signis
ꝑm modū cōmixtionis. Tractem⁹ itaqꝫ i hac dr̄a qualiť scia
mus ꝓprietatē significationū iouis ꝑm illud. ¶ Dicamus er
go q̄ cū fuerit ei significationes quas ꝓdixim⁹ ⁊ fuerit appropriat⁹ eis ꝑm
spēm humanā fit illud magnā vmbrā regū ⁊ excellentiā reꝝ suaꝝ ⁊ multas
donatiōes earū ⁊ altitudinē ordinū eoꝝ ⁊ habere quosdā vasellos suos su
spectos ⁊ eos ꝓficere ei ꝓpter illā cām cū ꝓsperitate eē regis babylōie ⁊ ara
bie ⁊ erit guerra magna ī romanis ⁊ morieť magn⁹ vir ex eis ꝓpť incarcera
tiōes ⁊ retentionē ⁊ custodiā domoꝝ pecuniaꝝ sigt ⁊ facilitatē laboris sup

ciues terrarũ in redditib⁹ ꝛ hoĩes vti in veritate in sermonibus suis ꝛ appa
rentiã bonã ꝛ sanitatẽ corpoꝝ ꝛ aliarũ ꝛ prosperitatẽ esse mercatorib⁹ ꝛ bo
nitatẽ acquisitionis ꝛ lucroꝝ ꝛ multas mulierũ cõceptiones ꝛ precipue ma
sculoꝝ ꝛ puenire natos ad cõplementũ. Q̃ si fuerit istud scd̃m speciẽ bestia
lem ꝛ p̃cipue quibus vtunť hoĩes sigt illud multitudinẽ illius ꝛ augmentũ
eius ꝛ aduenit ꝑpter hoc qꝫ fuit ex eo ꝫm cõtrariũ illius destructio ꝛ mors
Et si fuerit significatio eius ꝫm elementũ aereũ sigt illud multas pluuias ꝛ
flatum ventoꝝ ꝛ humiditatẽ aeris ꝛ bonã eius temperantiã. Et si fuerit si-
gnificatio eius ꝫm elementũ terreũ sigt ꝑpalationẽ cũ multis arboribus ꝛ
meliorationẽ frumẽti ꝛ ordei: ꝛ fortasse cadit vřma in messes ꝛ distrahit ea
Et si fuerit eius significatio suꝑ elemẽtũ aquaticũ significat euasionẽ equi
tantiũ in mari ꝛ multas inundationes fluminũ.



¶ Sed significatio eius ꝫm partẽ cõmixtionis eius
signo arietis cũ fuerit ei equidistans sigt casum liti-
gioꝝ ꝛ timoris inter hoĩes alhoratẽ ꝛ armenie cũ sa
nitate corpoꝝ hominũ: ꝛ fortasse multi planctus ꝛ in
firmitates ꝛ doloꝝ capitis ꝛ erit fortius illud in quar
ta autũpnali ꝛ vehementiã caloris in principio eius
ꝛ vehementiaꝫ frigoris in quarta hiemali ꝛ multas
pluuias ꝛ inundationes ꝛ humiditates cum multo additamẽto ꝛ augmẽ
to panis ꝛ plantationes arboꝝ ꝛ vinearũ. Et cũ fuerit latitudo ei⁹ septẽtrio
nalis sigt vehemẽtiã caloris ꝛ multitudinẽ ventoꝝ calidoꝝ. Et cum fuerit
meridiana sigt vehementẽ aeris frigiditatẽ. Et cũ fuerit orientalis sigt re-
ges honorare senes de ciuib⁹ domus sue ꝛ suos seruientes cũ multitudine
pluuiarũ ꝛ humiditate aeris. Et si fuerit retrogradus sigt nocumentum in
omnibus rebus suꝑ quas sigt ꝛ si apparuerit in eo sub radijs sigt infirmita
tes ꝛ dolores capitũ cũ motu colere in corpib⁹ suis ꝛ multas aues ꝛ dura-
bilitatẽ flatus ventoꝝ septẽtrionaliũ ꝛ longitudinẽ hyemis cũ multa quie-
tudine ꝛ casu niuiũ ꝛ augmẽtatione fluminũ ꝛ bonitate estatis ꝛ euasione
reddituũ hereditatis que sunt in plano ꝛ multa vindemia.



¶ Et si fuerit equidistãs signo thauri sigt mortẽ que
adueniet propositis ꝛ nobilibus et multã hominuꝫ
decorationẽ ꝛ grauitatẽ eoꝝ ꝛ fortasse accidunt eis
dolores oculoꝝ cum paucitate auiũ ꝛ sigt vehemen
tiã frigoris nocentis ꝛ multas pluuias ꝛ terremotus
in initio quarte hyemalis ꝛ multas niues ĩ medieta
te eius: ꝛ erit quarta estiualis tempata et fortasse tẽ-
porabiť calor ꝛ siccitas ꝛ in quarta autũpnali cũ multitudine panis et vini
ꝛ diminutione arboꝝ cũ angustia quã occurrẽt equitantes in mari ex ad-
uersitatibus. Et si fuerit ei⁹ latitudo septẽtrionalis sigt illud bonã aeris cõ

mixtionē. Et si fuerit meridiana sig̃t ꝑmixtionē cōiunctionis eius ⁊ paucā
qualitatē eius. Et si fuerit orientalis sig̃t sup̄fluitatē pluuiarū. Et si fuerit
occidentalis sig̃t mortē quarundā mulierū regum ⁊ quorundā seniū ex no
bilibus sup̄habundant: sig̃t etiā cōmotionē inimicoꝝ sup̄ reges. Et si appa
ruerit in eo significat mortē quorūdā inimicoꝝ sapientū notoꝝ ⁊ durabili/
tatē pluuiaꝝ in hyeme cū cōmixtione aeris ⁊ casu niuiū in medietate eius
⁊ fortitudine ventoꝝ ⁊ durabilitate frigoris vehementis in fine eius cum
bonitate estatis ⁊ sup̄nitate eius ⁊ corruptione eius.



¶ Et si fuerit equidistans signo geminoꝝ significat
multos dolores aduenire hominib⁹ in oculis ⁊ pre/
cipue pueris ⁊ mulierib⁹ ⁊ significat multā mortem ī
eis ⁊ causam illius vehemētiā caloris ⁊ mortē cade
re in bestias ⁊ erit quarta autūpnalis tem̄pata cū ve
hementia frigoris in quarta hyemali ⁊ paucū nocu/
mentū eius ⁊ incessantē flatū ventoꝝ occidentaliū ⁊
multiplicabit̃ panis ⁊ vinū ⁊ precipue in parte occidētis cum corruptione
messiū ⁊ diminutione aquarū ⁊ fortasse augmentabunt̃ aque fontiū. Et si
fuerit latitudo eius septentrionalis sig̃t flatū ventoꝝ ⁊ temperantiā eorum
Et si fuerit meridiana significat fortitudinē estatis ⁊ multitudinē ventorū
calidoꝝ ⁊ siccitatē eius. Et si fuerit orientalis significat multas pluuias et
vehementiā frigoris. Et si fuerit occidētalis significat multas tristicias ad
uenire regibus ⁊ parum vti laudibus ⁊ glorijs. Et si fuerit retrogradus si/
gnificat multos rumores terribiles ⁊ bellū. Et si apparuerit ī eo significat
multos oculoꝝ dolores aduenire hoib⁹ ⁊ multā mulierib⁹ mortē ⁊ multas
pueris egritudines ⁊ corruptionē fructuū arboꝝ ⁊ paucitatē aquarū fōtiū.



¶ Et si fuerit equidistās signo cancri significat potē
tiā regū ⁊ magnitudinē eorū ⁊ multas infirmitates
aduenire hoibus minoribus ⁊ fortasse corp̄a sana/
bunt̃ in quarta autūpnali cū multo calore ⁊ vehemē
ti frigore ⁊ precipue versus partē orientis cū multitu
dine pluuiarū ⁊ nebularū ⁊ niuiū ī quarta hyemali.
Et si fuerit latitudo ei⁹ septētrionalis sig̃t vehemētiā
caloris ⁊ m̃ltitudinē vētoꝝ calidoꝝ. Et si fuerit meridiana sig̃t illud idem.
Et si fuerit oriētalis sig̃t multitudinē pluuiaꝝ ⁊ vehemētiam frigoris. Et si
fuerit occidētalis sig̃t m̃ltitudinē itineris regū ⁊ motionē eoꝝ ⁊ dissipatio
nē pecuniaꝝ ⁊ casuū rumoꝝ terribiliū ⁊ susurrationē hoiuꝫ. Et si fuerit re/
trograd⁹ ꝯtristationes intrare sup̄ regē ex morte quorūdā nobiliū. Et si ap
paruerit ī eo sig̃t vehemētiā frigoris ⁊ flatū vētoꝝ septētrionaliū frigidorū
cū multis tonitruis ⁊ coruscationib⁹ ⁊ augmentatione fluminū ⁊ bonitate
reddituū hereditatū cū saluatione anni nisi q2 accidēt hoib⁹ ī quartali au
tūpnali dolores in orib⁹ eoꝝ ⁊ labijs.



¶ Et si fuerit eq̄distās signo leonis sig̃t īfortunas re
gibꝰ aduenire ⁊ tristiciā ⁊ iracūdiā cū ml'titudine do
loꝝ ascēdētiū hoībꝰ ex viscéribꝰ ⁊ ventris aduenīēti-
bus ex pte frigoris ⁊ morieñt qdāʒ nobiles formosi ⁊
ꝓsperabunt̃ lupi ⁊ ml'tipsicabunt̃ pluuie ī quarta au-
tūpnali ⁊ paucitas caloris erit ī quarta estiuali, ⁊ ve-
hemātia frigoris ī quarta hiemali cū validitate de-
struētiū arbores ⁊ paucitas frigoris in medietate eius cū augmēto fontiū
Et si fuerit latitudo eiꝰ septētrional' sig̃t ml'titudinē flatꝰ ventoꝝ ⁊ vehemē-
tiā motꝰ eoꝝ: ⁊ si fuerit meridiana sig̃t humiditatē aeris. Si fuerit oriētalis
sig̃t multitudinē pluuiarū ⁊ iuuamētū earū cū bona cōmixtione aeris hye-
malis ⁊ tempantia eiꝰ. Et si fuerit occidētalis sig̃t ml'tas cōsequi angustias
⁊ tristicias ⁊ fortasse aduenīēt eis egritudines cū morte aliquoꝝ nobilium
Et si fuerit retrogradꝰ multa itinera aduenire regibꝰ. Et si appuerit ī eo sig̃t
ꝙ aduenīēt hoībꝰ dolores emoroidaꝝ ⁊ reumatismoꝝ ⁊ tussiū ex vehemē
tia frigoris i hyeme ⁊ multas aq̄s ⁊ validitatē ventoꝝ ⁊ diminutionē aqua
rū cū validitate quarte vernalis ⁊ bonā fructificationē fructus ⁊ vineaꝝ.



¶ Et si fuerit eq̄distans signo virginis sig̃t ꝙ accidet
hoībꝰ dolor epatis ⁊ erit annꝰ vehemēs sup pregnan
tes in tempantia aeris ī q̄rta vernali ⁊ bonitate aer
q̄rte estiual' ⁊ vehemētia frigoris ī q̄rta hyemali. Et
si fuerit latitudo eiꝰ septētrional' sig̃t bonā aeris cō-
mixtionē. Et si fuerit meridiana sig̃t tempantiā plu-
uiarū ⁊ iuuamētū earū. Et si fuerit oriētalis sig̃t pau
citatē pluuiaꝝ. Si fuerit occidētalis sig̃t egritudies aduenire regibꝰ cū ml'
titudine angustiaꝝ ⁊ tristiciarū ⁊ diminutione coitꝰ. Si fuerit retrogradus
sig̃t paucitatē pluuiaꝝ cū bonitate aeris ⁊ tēpantia. Et si apparuerit ī eo si-
gnificat vehemētiā frigoris hyemalis i pꝛicipio eiꝰ ⁊ in fine eiꝰ ⁊ tempantiā
medietatis eiꝰ ⁊ multitudinē casuʒ gelu ⁊ pluuiarū ⁊ augmentū fluminū ⁊
inundationē fluuioꝝ ⁊ frigus corroborari in pluribꝰ locis ⁊ esse pluuiaꝝ in
q̄rta estiuali ⁊ multā vineaꝝ vbertatē ⁊ bonā herbā ⁊ destructionē arboꝝ.



Et si fuēit eq̄distās signo ♎ sig̃t illō hoīes ml'tū vti ro
bore. s. strēnuitate ⁊ fortitudīe ⁊ magnitudīe cū expā
siōe mort bouū ⁊ tēpantia aeris ver ⁊ declinationē
eiꝰ ad frigiditatē ⁊ fortasse accidēt in quarta estiuali
pluuie destruētes panē cū multitudine tonitruoꝝ ⁊
coruscationū ⁊ multas niues ī pꝛicipio q̄rte hyemal'
vsq3 ad medietatē eiꝰ cū caliditate aeris in fine eius.
Si fuerit latitudo eiꝰ septētrional' sig̃t incessantē flatū ventoꝝ ⁊ tempantiā
motus eorum ⁊ iuuamentū eoꝝ. Si fuerit meridiana significat multos do
lores aduenire hominibus ⁊ precipue in oculis ex coriza ⁊ reumatismis.

Et si fuerit occidentalis sigt egritudines aduenire regib' cū paucitate pluuiaꝝ ꝛ siccitate aeris et frigiditate eius. Et si fuerit retrogradus sigt regem desponsare mulierē reginā ꝛ sigt egritudines aduenire hominib' in capita ꝛ infortunia accidere pregnantium et erunt pluuie in principio hyemis: et erit medietas eius cōmixta cum flatu ventoꝝ in ea et erunt humiditates et pruine multe cōmixte quarte vernalis et multas herbas in quarta estiuali et diminutionē aquarum.



¶ Et si fuerit equidistans signo scorpionis sigt sanitatē corpoꝝ hominū ꝛ iumentū eoꝝ cum paucitate damnoꝝ ꝛ cum multis pluuiis destruētibus in oēs partes ꝛ vehementiam frigoris in principio quarte hyemalis vsqꝫ ad medietatē eiusdem supaddet ꝛ ingrossabit aer ꝛ multiplicabunt nebule cum prosperitate vinearū ꝛ agriculture ꝛ bonā plantationē arborum. Qꝫ si fuerit eius latitudo septētrionalis sigt vehementiā caloris. Et si fuerit meridiana sigt humiditatē aeris. Et si fuerit orientalis significat cōmixtiones que adueniunt regibus. Et si fuerit occidentalis significat infirmitates aduenientes regibus aut mors accidere quibusdam propinquis eorum cum paucitate motus exercituū. Et si fuerit retrogradus significat paucitatem pluuiaꝝ ꝛ incessantē ventoꝝ flatum vinacinoꝝ. Et si apparuerit in eo significat multos dolores aduenire hominibus in quarta vernali cum tempestatibus que accident nauibus ꝛ erit inicium veris frigidum ꝛ medietas eius leuis: ꝛ significat esse pluuiarum ꝛ tonitruoꝝ ꝛ minationem aquarum fontium ꝛ multas herbas ꝛ mediocritatē messium ꝛ bonitatē vineaꝝ ꝛ oliuaꝝ ꝛ aduentū magnoꝝ fluminū.



¶ Et si fuerit equidistans signo sagittarij significat illud multas infirmitates accidere hominib' ex dolore capitis ꝛ lippe ꝛ precipue in quarta autūpnali ꝛ casum mortis in bestijs ꝛ precipue in bobus ꝛ multas pluuias ꝛ mediocre frigus in principio hyemis cum fortitudine in medietate eius ꝛ casum nimium ꝛ destructionē panis ꝛ fructuum cum vehemētia caloris in quarta estiuali ꝛ durabilitatē flatus ventorum orientalium. Et si fuerit eius latitudo septentrionalis sigt flatus ventorum ꝛ iuuamentū eoꝝ Et si fuerit meridiana sigt aparentiā bonā ꝛ iuuamentū in homines cū pace ꝛ quietudine eoꝝ. Et si fuerit orientalis sigt illud dolores aduenire regibus ꝛ principibus ꝛ mortē quorundā nobilium. Et si fuerit retrogradus sigt multa gaudia plebis per hoc qꝫ apparebit de iusticia regū cum superfluitate pluuiaꝝ ꝛ cōmixtione aeris estatis ꝛ multas herbas. Et si apparuerit in eo sigt mortē magni viri ꝛ damna aduenire canib' ꝛ tēperātia aeris

hyemalis cum aduentu flatus ventorum ⁊ pluuiarum in fine eius : ⁊ tem-
perantiam estatis: ⁊ multas herbas ⁊ equalitatez fructuū planiciei ⁊ mont[~]
tarditatem vindemie ⁊ proſperum eſſe arboribus.




¶ Et ſi fuerit equidiſtans ſigno ♑ ſignificat irā reg[~]
ſuper quoſdam ſeruientes ei vt mortem nobilium cū
ſanitate corporum hoīm ⁊ mult[~] pluuijs ⁊ inceſſante
flatu ventoruz in quarta vernali: ⁊ paucitate caloris
in quarta eſtiuali: ⁊ multitudinem ventoꝝ orientaliū
et fortaſſe accidit mors canū cū minutiōe fructuū ⁊
panis ⁊ vini paucitate eoꝝ. Q̄ ſi fuerit latitudo eius
ſeptētrionalis ſignificat illud humiditates multas. Si fuerit meridionalis
ſignificat illud idem. Si fuerit orientalis ſignificat egritudineſ aduenire in
homines ⁊ precipue in oculos. Si fuerit occidētalis ſignificat egritudines
aduenire regibus ⁊ principibus cum multo caſu mortis ⁊ rumoꝝ terribiliū
et conturbatione hominum. Si fuerit retrogradus ſignificat cōmixtiones
que aduenient regibus ⁊ plebi. Cunq̄ apparuerit in eodem ſig̃ q̄ accident
hominibus dolores capitum ⁊ oculoꝝ: ⁊ multiplicabitur cōmotio ventorū
⁊ mors in eo q̄ ſubtiliatur de animabuſ cum cōmixtione aeris in principio
quarte hyemalis et aduentum frigoris ⁊ humiditatis in medietate eius: et
vehementiaz frigoris ⁊ multas aquas ⁊ flatum ventorum ⁊ caſum niuium
in fine eius ⁊ multitudinez tonitruorum: et bonum fore principium quarte
eſtiualis: ⁊ vehementiam caloris in fine eius cum temperantia reddituum
⁊ abundantia humorum ⁊ corruptione vindemie.



¶ Et ſi fuerit equidiſtans ſigno ♒ ſignificat mortez
quorundam nobilium: et multos aduenire dolores
hominib⁹ ⁊ precipue in iuuenes et fortaſſe ſanabunt̄
eorum corpora: cum morte auium ⁊ lupoꝝ: et multi-
tudinem pluuiaꝝ ⁊ niuium: ⁊ vehementiam frigoris
in quarta vernali: et erit quarta eſtiualis multorum
ventorum ⁊ humiditatum: ⁊ deſtruet illud panem ⁊
fructus arborum cum multa nauium ſubmerſiōe in mari. Q̄ ſi fuerit eius
latitudo ſeptentrionalis ſignificat ſiccitatem aeris. Si fuerit meridionalis
ſignificat multas nebulas. Si fuerit orientalis ſignificat paucitatē ventoꝝ
Si fuerit occidentalis ſignificat egritudines aduenire mulieribus regum:
⁊ mortem quorundam nobilium: ⁊ paucitatem pluuiarum. Si fuerit retro
gradus ſignificat egritudinez accidere quibuſdam regibus. Si apparuerit
in eo ſignificat mortem quorundam magnatū: ⁊ multas pluuias aduenire
hominibus: ⁊ mortez auium ⁊ beſtiarum maris cum ſubmerſione nauium
in mari ⁊ validitate ventorum conferentium ſeminibus cum eſſe pluuiarū:
et caſu gelu ⁊ niuium in principio hyemalis: et multos ventos proſperos in

quarta autũnali cum eo ꝙ nocebunt arborib⁹: ⁊ cõmixtionem quarte esti-ualis: et temperãtiam flatus ventorum in ea: et fortasse accident in ea plu-uie ⁊ casus niuium: et corruptio pluuiarum in herbis in pluribus locis: et prosperabuntur messes.



¶ Et si fuerit equidistans signo ♓ significat multum nocumentum in homines et precipue iuuenes ⁊ mulieres et pueros et multos dolores parturientium: ⁊ incessantem ventorum flatum frigidorum in quarta vernali: et vehementiam caloris in quarta estiuali: ⁊ bonam aeris cõmixtionem in quarta autumnali: et superfluitatem pluuiarum in prima quarta hyemali ⁊ multorum ventorũ flatum in medietate eius: et niues cadere in fine eius cum eo ꝙ pluuie corrumpẽt arbores et messes et precipue vineas ⁊ oliuas Et cum fuerit eius latitudo septentrionalis significat flatum ventorum et iuuamentum eorum. Si fuerit meridiana significat multitudinẽ pluuiarũ ⁊ augmentum fluminũ. Si fuerit orientalis significat paucitatem pluuiarũ ⁊ mediocritatem aeris. Si fuerit occidentalis significat multum motũm et mutationem eorum: et exire quosdam exercitus ad extremitates regni. Si fuerit retrogradus significat maliciaꝫ rerum. Si apparuerit in eo significat illud casum fortitudinis in corda hominum et timorem ⁊ terremotus ⁊ rumores terribiles: ⁊ egritudines aduenire mulierib⁹ ⁊ pueris in quarta vernali: ⁊ infortunia accident pregnantibus et vehementem merorem ⁊ difficultatem partus: ⁊ multas pluuias in principio quarte hyemalis: ⁊ multos ventos in medietate eius: ⁊ incessanteꝫ flatum ventorum septentrionalium ⁊ vehementiã frigoris cum casu niuis in fine eius: cum vehementia caloris quarte estiualis: ⁊ destructionẽ accidere ouibus cum ꝓsperitate esse messiũ Compleamus ergo differentiam secundam.



¶Differentia tercia in qualitate scientie significationis ♂ ſm illud.

Postq̄ premisimus in differentia secunda qualiter sciamus ꝓprietatem significationum ♃. Tractemus ergo in hac differentia qualiter sciamus proprietatem significationis ♂ ſm illud. Dicamus ergo q̄ cum fuerint ei significationes quas narrauim⁹ ⁊ fuerint ei appropriate ſm speciē humanā significat illud multa bella ⁊ guerras insurgentes in reges: ⁊ iram principum: ⁊ accidet quibusdam hominibus ex istis rebus mors subitanea ⁊ festina et grauis: et egritudines que erunt cum febribus tercianis et precipue intrantibus annos: et quidam incurrent penam et conuicia et violentiam et exitum a lege cum multitudine abscisarum viarum: et effusionem sanguinum: ⁊ casum combustionis cum bubonibus in pluribus climatib⁹.

Et si significauerit fm speciem bestialez et precipue quibus homines vtunt significat paucitatem earum Si fuerit significatio eius sup elementũ aereũ signifi cat paucitatem pluuiarum et vehementiam caloris et terremotus: et multa flumina: ⁊ incessantem ventorum flatum calidorum meridianorum Si fuer it eius significatio super elementũ terreum significat destructionez arborum: propterea ꝙ calor combu ret eas siue ex aduẽtu ventoruz fortiũ in eis siue ex combustione ignium in locis in quibus solet cõburi. Si fuerit significatio eius fm elementum aquaticum significat illud submersionem nauium subitam ex ventis agitantibus diuersis aut ex fluminibus ⁊ his si milia.



¶ Sed significatio eius ex parte cõmixtionis eius ad signum ♈ cum fuerit equidistans eidez significat interfectionez accidere ei in parte orientis cum multitu dine dolorum oculorum: ⁊ velo citatem rerũ cũ proficuo earum ⁊ multo flatu ventorum: ⁊ vehe mentiam venenosorum eorum: ⁊ paucitatem pluuiarum. Qꝫ cũ fuerit latitudo eiꝰ septentrional significat siccitatem aeris. Si fu erit mediana significat cõmixti onem aeris. Si fuerit orientalis significat constrictiões que ad uenient hominibus ⁊ rancores. Si fuerit occidentalis significat reges expendere multa ⁊ dissipare et parũ se mouere exercitus cum aborsu pregnatarum mulierum. Si fuerit retro gradus significat multos luctus vel dolores aduenire hominibus ⁊ nocu mentum. Si apparuerit in eo significat multa fieri bella in parte orientali: ⁊ egritudines aduenire hominibus in oculis suis cum vehementi flatu ven torum ⁊ bonis redditibus.

¶Et si fuerit equidistans signo ♉ significat interfectionez inter ciues partis septētrionis ⁊ meridiei: et multos oculorū dolores cū morte mulierū: ⁊ nocumentū qđ adueniet coniugatis earum: ⁊ maliciam rerum veneidarū: et mortem boum: ⁊ multitudinem ouium cum supabundantia pluuiarum ⁊ vehemētia tonitruoꝝ ⁊ chorscationū et nebularū cum paucitate victus et abundantia aquaruz. Q; si fuerit latitudo ei⁹ septentrionalis sigt multas infirmitates variolarū ⁊ morbillorū Si fueīt meridiana sigt maliciā




cōmixtionis aeris. Si fuerit orientalis sigt paucitatez aquarum ⁊ multam siccitatē. Si fuerit occidentalis sigt egritudines mulierū pregnatarū ꝑpter aborsum earū cum destructione arboꝝ et ꝑlertim vinearum et oliuarū. Si fuerit retrograd⁹ sigt nocumentū aduenire bestijs cum morte earū. Si apparuerit illud in eo sigt bella q̄ aduenient inter partē meridiei ⁊ septentriōis ⁊ effusionē sanguinū: ꝯsequent septentrionales dolorē oculoꝝ: et adueniet quadrupedib⁹ mors: et multiplicabunt vapor et nebule ⁊ aque ⁊ pluuie: et fiet panis paucus.

¶Et si fuerit equidistans signo ♊ sigt multos dolores aurium que aduenient hominib⁹ et variolas ⁊ morbillos ⁊ interfectionē que erit in parte septētrionis cū multo latrocinio: et victoriaz de eis ⁊ publicationē esse eorum: ⁊ consequent hoīes nocumentum ꝑpter fulmina ⁊ chorusciationes ⁊ vehementiā frigoris. Q; si fuerit latitudo eius septentrionalis sigt multitudinē terremotuum. Si fuerit meridiana sigt caliditatem aeris et quietudinē eius. Si fuerit orientalis sigt mortem quorundaz nobilium: ⁊ fortasse



aduenient quibusdã regum mulieribus egritudinitudines: et cadet cõbustio in quedam loca. Si fuerit retrogradus sigt multas egritudines variolarũ et morbillorũ. Si apparuerit in eo significat quod aduenient hominibus mors et multa cõbustio: et interfectio in parte septentrionis cum nocumẽto latronũ Qz si fuerint duo luminaria propinqua ei significat quod consequentur hoĩes impetigines et dolores oculorum: et accidet detrimentum in plantis.



¶ Et si fuerit equidistans signo ♋ sigt interfectionẽ quod adueniet in pte occidentis aut orientis: et apparebit super eos reddit⁹ tributorum: et multiplicabunt egritudines et pleuresis pectorum: et cottidiane febres: et dolores gutturis: et cadẽt inter pncipes ẽrietates: et multiplicabitur mors in parte montis proprie et precipue in quadrub⁹ cum paucitate pluuiarum et vehemẽtia caloris. Qz si fuerit latitudo eius septentrionalis sigt caliditatem aeris et humiditatem eius. Si fuerit meridiana sigt illud idem. Si fuerit orientalis sigt multas tristicias aduenientes hoĩbus cum quietudine aeris et siccitate eius. Si fuerit occidental' sigt multas aduenire pregnantib⁹ egritudines pter aborsum earum: et fortasse sigbit nocumentũ et corruptionez pter motũ. Si fuerit retrograd⁹ sigt illud corruptionẽ aeris et vehementiã caloris: et flatum ventorũ venenosorũ. Si apparuerit in eo sigt infelicitatem que adueniet hominibus ex doloribus gutturũ et pectorũ: et alzemenet accidentalium in membris eorũ et quartanas: et cadet caristia in bestias: et pluuia erit pauca: et flabit septentrio: et effundentur locuste: et destruentur vindemie: et oleum erit paucum.

¶ Et si fuerit equidistans signo ♌ significat multa bella fieri in pte orient' cum expansione mortis et precipue puerorũ: et cum istis dolorib⁹ in ventrib⁹ et casu caristie in bestijs: et paucitatez pluuiarum et panis et pcipue in parte orientis. Qz si fuerit eius latitudo septentrionalis sigt illud flatus ventorũ cum fortitudine venenosorum. Si fuerit meridionalis significat siccitatez aeris. Si fuerit orientalis sigt paucitatem pluuiarum. Si fuerit occidental' sigt angustiam regis et pigriciam eius et desperationem in pluribus rebus et apparentiam inimicorum cum vehementia caloris et venenosorum. Si

fuerit retrogradus ſignificat ꝙ cadet inuidia ⁊ odium inter romanos. Et ſi




apparuerit in eo ſignificat caſuꝫ
mortis ĩ magnatibus: ⁊ multos
dolores aduenire iuuenibus: et
conſequenť pueri et infantes an
guſtias ⁊ dolorem ventris: ⁊ cor
roborabitur frigꝰ hyemis: ⁊ plu
uie fient pauce ⁊ panis.

¶ Et ſi fuerit equidiſtans ſigno
♍ ſigt multos oculorũ dolores:
multã interfectionẽ ⁊ effuſioneꝫ
ſanguinum in parte meridiei: et
multam mortem in mulieribus:
⁊ multiplicationẽ inſurgentium
et caſum quorundam nobilium
ab honoribꝰ ſuis cũ deſtructiõe
aeris ⁊ eius ſiccitate: ⁊ multꝭ ter
remotibus: ⁊ multitudinẽ panis
et vini. Q, ſi fuerit eius latitudo
ſeptẽtrionalis ſignificat paucas
pluuias. Si fuerit meridionalis
ſignificat malam complexioneꝫ
aeris. Si fuerit orientalis ſigni-
ficat mortem regis. Si fuerit oc
cidentalis ſignificat planctus et
triſticias aduenire ſcriptoribus:
cum aborſu pregnantiũ: ⁊ labor
adueniet ſenibꝰ. Si fuerit retro
gradus ſignificat ſiccitatẽ aeris
Et ſi apparuerit in eo ſignificat
ꝙ conſequentur hoĩes oculoruꝫ
dolores ⁊ diuturnos dolores ⁊




difficiles ad curandum cum vehementia frigoris: et pauco ventorum flatu
Et ſi fuerint duo luminaria propinqua ei ſignificat illud multitudinẽ plu-
uiarum: et impetuoſitatem frigoris: et aduentum bellorum: et effuſionem
ſanguinum in parte meridiei: ⁊ ſonitum et timores ⁊ pauores aduenientes
magnatibus ⁊ nobilibus: et depoſitionem quorundam a regnis ſuis cum
multa morte cadẽte in ſeptentrionales ⁊ meridionales: et mortem cadere
in oues.

¶ Et si fuerit equidistans signo ♎ sig̃t paucitatem infortuniorũ ꝛ apparitonez salutis in hoibus et fortasse apparebunt latrones ꝛ abscissores viarum: ꝛ multum timorem: ꝛ terribiles rumores: ꝛ malum hominibus: ꝛ mortem multoꝝ hoīm propter bubones et ꝑcipue in parte meridiei cum paucitate pluuiarũ ꝛ nubium et ventoꝝ ꝛ nebularuz. Qꝫ si fuerit eius latitudo septentrional' sig̃t multitudinẽ ventoꝝ incessanter Si fuerit meridiana sig̃t paucitatem cōmixtionis aeris. Si fuerit orientalis significat multas pluuias ꝛ tonitrua. Si fuerit occidentalis significat quietudinem militum ꝛ paucitatem motuum eorum: ꝛ egritudines aduenire habentibus annos cum vehementi aeris siccitate in autumno et pluuiarũ paucitate. Si fuerit retrogradus significat mortem quorundam nobilium subito. Si appuerit in eo et ♄ ei sit propinquus significat multam mortem et consecutionem latronum et pauores et mortalitatem existentem in mundo cum superabundantia aquarum et nebularum et nubium: et paucitatem fructuum et herbarum et oliuarum.



¶ Et si fuerit equidistans signo ♏ significat mltos dolores oculorum in hominibus: ꝛ apparitionem bubonum: et egritudines hominibus ꝛ precipue iuuenibꝰ erit illud in parte septentrionis: cum multitudine latronũ et abscisorum viarum: ꝛ vehementiã frigoris in quarta autumnali et hyemali ꝛ estiuali: ꝛ vehementẽ aeris siccitatẽ: ꝛ nocere hoc pani ꝛ vino et arboribus et messibus Qꝫ si fuerit eius latitudo septentrionalis significat vehementez aeris siccitatẽ et prohibitionem pluuiaruz. Si fuerit meridiana



significat temperantiā aeris. Si fuerit orientalis significat paucitatē pluuiarū. Si fuerit occidentalis significat quietudinē militū ꝛ parum se moueꝛe ꝛ dolores aduenire oculis cum aborsu pregnatarū cum morte bestiarū. Si fuerit retrogradus significat infirmitatem accidere qui appropinquabit perditioni. Si apparuerit in eo significat pauores ꝛ timores aduenire hominibus ꝛ mortē cadere in mulieres ꝛ precipue in vetulas ꝛ proprie in regione septētrionis cum doloribus qui adueniunt hominibus pluribus diuersis per causas frigoris ꝛ colere nigre cum multa paupertate ꝛ latrocinio ꝛ tristicijs hominibus aduenientibus cum superbia vel infestatione latronum vel supersticiositate: ꝛ paucam vindemiā ꝛ oleum.



¶ Et si fuerit equidistans signo sagittarij significat casum mortis in parte occidētis ꝛ in armenia ꝛ illic multā interfectionē cū egritudine ꝛ vehementi tussi et doloribus oculoꝝ ꝛ plus erit in littorib⁹ maris: ꝛ erit quarta vernalis mali aeris corrūpentis cū paucitate pluuiarū: ꝛ multiplicabit frig⁹ in quarta hyemali quousqꝫ adueniet ex illo annone ꝛ potui corruptio cum multis palmarum plantationib⁹. Si fuerit eius latitudo septentrionalis significat multum flatum ventoꝝ cuꝫ siccitate illoꝝ ꝛ pauca humiditate eorum. Si fuerit meridiana sigt alterationē quarundā rerū ꝛ conuersionē earum. Si fuerit occidētalis significat inimicicias que adueniūt hominibus cum ira regis super quosdam nobiles: ꝛ multū aborsuꝫ pregnatarū. Si fuerit retrogradus significat infortuniū ꝛ malum aduenire militibus. Et si apparuerit in eo sigt casum bellorum ꝛ siccitatē in parte occidētis: ꝛ mortem aduenire regibus ꝛ accidere hominib⁹ in parte septētrionis dolores oculorum cum multa morte ꝛ minutione aquarū fontiū ꝛ paucitatē pluuiarū: ꝛ cadere gelu ꝛ frigus destruens arbores ꝛ paucā vindemiā

¶ Et si fuerit equidistans signo capricorni significat multā mortem ꝛ multa infortunia in parte meridiei ꝛ precipue in iuuenib⁹ ꝛ mulierib⁹ ꝛ erit infectio ꝛ p̄cipue in parte que sequit͛ orientez ꝛ meridiem: ꝛ paucas pluuias ꝛ siccitatē aeris cum multis redditibus hereditatū ꝛ paucitatē fructuū. Si fuerit eius latitudo septētrionalis sig̃t destructionem commixtionis aeris. Et si fuerit meridiana sig̃t illud idez. Si fuerit orientalis sig̃t destructionem vinearū. Et si fuerit occidentalis sig̃t mortem aduenire nobilibus cum cogitationib⁹ ꝛ meroribus hominibus aduenientibus ꝛ multas pluuias. Si fuerit retrogradus significat illud idem. Et si apparuerit in eo significat bella inter ciues orientis ꝛ meridiei: ꝛ mortem cadere in iuuenes ꝛ pueros cum pauca vindemia ꝛ oleo.



¶ Et si fuerit equidistans signo aquarij significat illud interfectionem regis orientis ac mortem eius cum multis oppressionibus infortunijs hominib⁹ occurrentibus: ꝛ superhabundantia pluuiarum ꝛ casuz niuium et prosperam aeris cōmixtionem cum multo pane ꝛ vino ꝛ multo bono ꝛ paucitatē eius in partibus maritimorū. Qꝫ si fuerit latitudo eius septentrionalis significat illud siccitatē aeris. Si fuerit meridiana sig̃t illud idez. Si fuerit orientalis significat vehementiam caloris. Si fuerit occidentalis significat vehementiaz interfectionis aduenire in mari ꝛ submersionē ꝛ mortem aduenire nobilibus cum nocumento veniēte in mulierib⁹ pregnantibus ꝛ vehementiaz caloris. Si fuerit retrogradus significat pra



uam plebis obediētiam regi. Et si apparuerit in eo significat multas rixas apparere in mundo ⁊ casum bellorum in parte septentrionis ⁊ paucitatem pluuiarum ⁊ paucas locustas ⁊ destructionē arborꝝ ⁊ caristiam panis: ⁊ si non fuerit venus aspiciens eum significat illud dolores accidentes hominibus ⁊ multitudinē eorum cum minutione vindemie.

¶ Et si fuerit equidistans signo piscium significat interfectionem multam, ⁊ interfectionē fore inter reges ⁊ magnates ⁊ ablationem regni magni viri propter illas causas ⁊ descensionem nobilium a dignitatibus suis ⁊ a regnis suis ⁊ apparitionem febris quottidiane ⁊ terciane hominibus in parte meridiei ⁊ occidentis: ⁊ caristiam bestiarū ⁊ habundantiā pluuiarum ⁊ niuium cum bona aeris cōmixtiōe. Q si fuerit ei⁹ latitudo septētrionalis significat multum flatum ventorꝝ Et si fuerit meridiana significat multitudinē pluuiarum. Si fuerit orientalis significat febres aduenire hominibus sicut terciane ⁊ alie. Si fuerit occidentalis significat destructionē militum ⁊ debilitatē eorum ⁊ timorem eorum cum aborsu pregnatarum et multo frigore ⁊ gelu. Si fuerit retrogradus significat permutationem accidere hominibus ⁊ paucum complementum eius in quo sperať ex operibus ⁊ rebus. Et si apparuerit in eo significat declinationē graduū sapientium et destructionē regum. Et si fuerit ei propinqua venus significat multa bella ⁊ vestimenta eorum ⁊ presentiā tonitruorꝝ ⁊ coruscationū.





¶ Sed sigtio ꝓpria ☉ singularit̃ sup ibuzezihe sup vna reuolutionũ ẽ regẽ
cõsequi nocumẽtũ ⁊ mortẽ plebi aduenire ⁊ cõmixtionẽ inimicoꝝ ab oib⁹
orizantib⁹ ꝓtendit: ⁊ annus infructuosus erit ⁊ multiplicabunt̃ bestie ⁊ ibũt
quidã reges ad alios ⁊ effundet̃ in parte occidentis sanguis ⁊ multiplica-
bit̃ interfectio illic ⁊ nobiles fient pauperes ⁊ pauperes fient diuites. Uerꝫ
significatio ei⁹ ꝺm modũ cõmixtionis cũ intrat capita inceptionũ reuolubi
liũ quas p̃dixim⁹ planete quidẽ appropriant̃ cũ illo fine eo quãdo distãtia
eoꝝ ad loca ista succedit in omnib⁹ reuolutionib⁹ ⁊ non p̃parat̃ diuersitas
significationũ nisi ex pte tpm ascẽsionũ ⁊ diuersitas situũ planetaꝝ ciuium
ascendentiũ eoꝝ ⁊ scdm q̈ p̃misim⁹ ⁊ ꝓpter hoc rememorati sum⁹ significa-
tionẽ eius sup accidẽtia inferiora ex eo q̈ equidistat ipsis partib⁹ quarum
rememorationẽ p̃misim⁹: sed significatio sue equidistantie in oibus signis
magis significat q̈ȝ super illud.



Differentia.4.in qualitate scie ꝓprietatis figtionis ♀ ꝫm illud idē.

POstq̄ꝫ igit̄ ꝓmisimus in dr̄a tercia ex significationib⁹ mar-
tis ⁊ ꝙ appropriat̄ soli designatiōe singularit̄. Remēoret̄
igit̄ in hac dr̄a significationes veneris ꝫm illud idē. Dica-
mus ergo ꝙ cū fuerint ei figtiones quas narrauim⁹ ⁊ fue-
rint ei appropriate ꝫm spēm humanā figt illud apparitio-
nē moderationis ⁊ prouidentie ⁊ bonam intentionē in re
bus fidei ⁊ mortē quorūdā sapientū ⁊ precipue de ciuib⁹
babylonie ⁊ sup reuelationē sublimationis ⁊ eleuationē regum ⁊ multum
honorē sibi adinuicē hoīes afferre ⁊ apparentiā gaudij ⁊ ꝓsperitatē esse cō
iugij ⁊ multitudinē filioꝝ ⁊ fortasse absoluent viri mulieres suas ⁊ patient̄
aborsum puelle ex fornicationibus ⁊ multiplicabit̄ inuidia ⁊ nocumentū
corpoꝝ. Et si fuerit eius significatio ꝫm spēm bestialē qua homines vtunt̄
figt illud multiplicationē earū ⁊ proficuū earum. Et si fuerit eius figtio ꝫm
elementū terreum figt bonū esse seminū ⁊ arboꝝ ⁊ fructuū. Et si fuerit signi
ficatio eius ꝫm elementū aquaticū figt illud habundantiā aquaꝝ ⁊ euasio
nē nauiū in maribus.



¶Sed significatio eius ex eo ꝙ cõmiscet signo ♈ cum fuerit equidistans ei sigt aliquã siccitatẽ cuꝫ diminutione pluuiarũ ⁊ incessanti flatu ventoꝝ ⁊ bona aeris cõmixtione. Si fuerit eius latitudo septentrionalis sigt illud caliditatẽ aeris. Si fuerit meridiana sigt vehementiã frigoris. Et quando elongat in longitudine sua longiori sigt motionẽ exercituuꝫ Si fuerit retrograda sigt multitudinẽ tonitruoꝝ ⁊ coruscationũ ⁊ fortitudinẽ grandinis. Si fuerit sub radijs sigt iracundiaꝫ aduenire hominibus cum multis rumoribus terribilibus. Et si apparuerit in eo sigt stultitiã militum ⁊ litigantiũ ⁊ fortitudinẽ gaudioꝝ magnatum ⁊ nobiliũ ⁊ apparentiam boni in mundo ⁊ multas aquas ⁊ augmentũ earũ ⁊ esse eoꝝ ⁊ pluuiarum in hyeme ⁊ tempantiã aeris in estate ⁊ ꝓsperitatẽ esse arboꝝ.



¶Et si equidistauerit signo thauri significat exitum insurgentiũ cum susurratione hominũ ⁊ cõmixtionẽ eoꝝ cum detrimentis que accident eis ⁊ multitudinem nubium ⁊ pluuiarũ ⁊ tonitruoꝝ ⁊ coruscationũ ⁊ nebularũ ⁊ siccitatem aeris. Si fuerit eius latitudo septẽtrionalis significat illud bonã aeris cõmixtionẽ. Si fuerit meridiana sigt cõmixtionẽ aeris: ⁊ quãdo elongat in sua longitudine longiore: sigt apparentiã salutis ⁊ boni in hominibus. Si fuerit retrograda sigt grandinis casum cum vehementia tonitruorum ⁊ coruscationũ. Et cuꝫ apparuerit in eo significat multitudinem herbarum ⁊ humiditatẽ terre ⁊ euasionẽ vinearum ⁊ multaꝫ leticiam ⁊ gaudiũ ⁊ mundiciã ⁊ mansuetudinẽ ⁊ delectationẽ in hominibus Et cum fuerit sub radijs significat tristicias ⁊ angustias venire regibꝰ.



¶Et si fuerit equidistans signo geminoꝝ significat apparere humiditatẽ aeris ⁊ corruptionẽ eius. Si fuerit meridiana significat siccitatem aeris. Et quãdo elongat in longitudine sua longiore sigt infortunia scriptoribus ⁊ aduenientibus ⁊ angustias ⁊ tristicias. Si fuerit retrograda significat caliditatem aeris ⁊ siccitateꝫ eius. Si fuerit sub radijs significat anxietatẽ que adueniet quibusdam hominibus ⁊ timorem. Et si apparuerit ĩ eo sigt fornicationẽ ⁊ multa adulteria ⁊ humiditatẽ hyemis ⁊ multos ventos ⁊ multam auium generationẽ.

¶Et si equidistauerit signo cancri sig̃t cõmixtionez aeris bonam ꝛ multum ventoꝝ flatum. Et si fuerit eius latitudo septẽtrionalis significat vehementiam caloris. Si fuerit meridiana significat illud idẽ. Et quando elongat̃ in longitudine sua maiore significat detrimentũ aduenire regibus aut quibusdaz nobilibus cum motu exercituũ. Si fuerit retrograda significat detrimentum aduenire quibusdam mulieribus regum. Si fuerit sub radijs significat vehementiam in quibusdam portaticoꝝ. Et si apparuerit in eo significat augmentũ aquarum ꝛ decursum fluuioꝝ ꝛ multitudinem pluuiarũ ꝛ euasionẽ redditũ hereditatũ ꝛ fructuũ arboꝝ.



¶Et si fuerit equidistans signo leonis significat habundantiã infirmitatuz ꝑ uariolas ꝛ calorem aeris: ꝛ forsan complexio eius fiet bona: deinde destruet̃ cum pauco flatu ventoꝝ. Q̃ꝫ si fuerit eius latitudo septẽtrionalis significat flatum ventoꝝ ꝛ caliditatẽ eorum. Si fuerit meridiana significat bonam aeris commixtionem. Et quandocunqꝫ elongantur longitudine sua longiore significat ꝙ consequent̃ reges aut quedaz mulieres eorum detrimenta. Si fuerit retrograda significat angustiam regibus et cogitatus ꝛ tristicias. Et si fuerit sub radijs significat detrimenta aduenire mulieribus regum. Et si apparuerit in eo significat guerrã multaz regũ ꝛ nobilium ꝛ prosperitatẽ esse regum ꝛ aduentũ egritudinũ caloris ꝛ humiditatis cũ multitudine rumoꝝ ꝛ bellorũ ꝛ lupoꝝ.



¶Et si equidistauerit signo uirginis significat bonã aeris cõmixtionez ꝛ forsitan declinabit ad frigus ꝛ siccitatẽ. Et si fuerit eius latitudo septentrionalis significat bonã aeris complexionẽ. Si fuerit meridiana significat illud idem. Et si elongabit se in sua longitudine longiore significat mortem nobilium cum multis infirmitatibus hominibus. Si fuerit retrograda significat egritudines aduenire mulieribus ꝛ precipue in quarta autũpnali. Et si apparuerit in eo significat multas egritudines ꝛ dolores in mulieribus cũ multo timore ꝛ pauore qui erit in eis ꝛ multuz lucrum mercatorum ꝛ eleuationem validoꝝ scribentium ꝛ aliorum cum melioratione fructuum arborum ꝛ caristiam panis.



¶ Et si fuerit equidistans signo libre sigt sanitatem corpoꝝ hominū cum bona cōplexione aeris ꝛ frigiditatē eius ꝛ suphabundantiā pluuiarū. Qꝫ si fuerit eius latitudo septentrionalis sigt flatum ventorum siccorū. Si fuerit meridiana sigt egritudines ex pte morbilloꝝ. Qꝫ si elongaṫ longitudine sua lōgiore significat mortem aduenire mulieribus regū ꝛ casum



conturbationis ꝛ rumores terribiles vehementes in hominibus ꝛ cum retrograditᷣ significat detrimentū aduenire mulieribus. Si fuerit sub radijs sigt egritudines aduenire mulieribus. Si apparuerit in eo sigt apparētiaꝫ tripudiorū in mundo cum euasione corpoꝝ a pestilentijs ꝛ multitudinem auium ꝛ incessantē pluuiā ꝛ viriditatē terre ꝛ decorē herbarū.

¶ Et si fuerit equidistans signo scorpionis sigt vehementiā frigoris ꝛ multū flatum ventoꝝ ꝛ fortasse bona fiet cōplexio aeris. Si fuerit eius latitudo septētrionalis sigt siccitatem aeris. Si fuerit meridiana significat multitudinē pluuiarum. Et quādo elongaṫ longitudine sua longiore significat detrimentuꝫ aduenire nobilibus ꝛ effusionē sanguinū. Si fuerit



retrograda significat cōmotionē hominibus aduenientē cum multis rumoribus terribilibus. Si fuerit sub radijs significat paucam fixonē regꝫ super res ꝛ permixtionē eorum. Si apparuerit in eo significat velocitatem pestilentiarū mulieribus ꝛ vehementiaꝫ frigoris hyemis ꝛ multas pluuias ꝛ niues et frigus ꝛ inundationes fluminū ꝛ psperitatē boum:

¶ Et si fuerit equidistans signo sagittarij significat illud bonam aeris complexionē ꝛ fortasse declinabit ad superfluitatē humiditatꝭ ꝛ siccitatis. Qꝫ si fuerit eius latitudo septētrionalis significat incessanteꝫ flatum ventoꝝ. Si fuerit meridiana significat multam aeris alterationē ꝛ humiditatē eius. Et quādo elongabiṫ longitudine sua longiore significat egritu



dines que aduenient regibus ꝛ fortasse regent illas. Et quando retrogradaṫ significat inuidiam ꝛ malam inter se existimationē cordis reges habere. Qꝫ si apparuerit in eo significat apparitionē regum ꝛ moram tripudiorū eorum ꝛ facere guerras contra reliquos reges ꝛ sepationē mulierū heremitarū a religionibus suis ꝛ bonū esse bestiarū ꝛ multas populationes.



¶Et si fuerit equidistans signo ♑ significat multas mortes cum multitudine pluuiarum ꝛ fontium: ꝛ fit bona cōplexio aeris. Qȝ si fuerit eius latitudo septē-trionalis significat multum ventoꝝ flatum. Si fuerit meridiana significat multas pluuias. Et qñ elongat longitudine sua longiore sigt̄ detrimentū venire quibusdam nobilibus ꝛ maxime senibus: ꝛ forsan ꝯtiget illud aliquibus seruientibus regum: ꝛ erit ordinum eleuatio seruorū ꝛ mercatorum. Si fuerit retrograda significat ꝯtristationes aduenire hominibꝰ et angustias. Si fuerit sub radijs significat egritudines aduenire senibus. Si apparuerit in eo significat temperantiam anni et herbositatem eius: et frigus hyemis: ꝛ bonitatem estatis: et multum esse inobedientes viris suis mulieres: ꝛ multitudinem coniugiorum senum: ꝛ mulieres paucū gaudere cum viris suis.



¶Et si fuerit equidistans signo ♒ significat bonam aeris complexionem: ꝛ incessantem ventorū flatum: ꝛ iuuamentum eorum cum multitudine pluuiarum ꝛ nebularuȝ. Qȝ si fuerit eius latitudo septentrional' significat illud siccitatem ꝛ paucitatem pluuiarū. Si fuerit meridionalis significat multas angustias. Si elongatur longitudine sua lōgiore significat multas inundationes ꝛ redundationes fontiū cum eo ꝙ accidet nauibus submersio in mari. Quando fuerit retrograda significat egritudines aduenire hominibus propter humiditates. Cum fuerit sub radijs significat saluationē equitantium in mare: ꝛ paucum ventorum flatum. Si apparuerit in eo sigt̄ multas egritudines aduenire hoībus ex humiditate ꝛ flegmate: et multas pluuias: ꝛ valeritatem ventorum: ꝛ decursum fluuiorum: ꝛ cooperitionem nebularum: ꝛ casum gelu cuȝ multa herbositate.



¶Et si fuerit equidistans signo ♓ sigt̄ vehementiam humiditatū cum vehemēti calore: ꝛ fortasse fit bona cōplexio aeris. Qȝ si fuerit eiꝰ latitudo septentrional' sigt̄ incessanteȝ ventoꝝ flatum. Si fuerit meridiana sigt̄ multas pluuias. Qñ elongatur longitudine sua longiore sigt̄ detrimentū aduenire quibusdā ducibꝰ et nobilibus. Si fuerit retrograda sigt̄ combustionē ꝛ susurrationē: ꝛ rumores terribiles ꝛ contristationes et timores aduenire hoībus. Si fuerit sub radijs sigt̄ egritudines hoībus. Si apparuerit in eo sigt̄ esse annū mulieribꝰ prosperū ꝛ iuuamentuȝ earum in eo: ꝛ erunt pluuie iuuatiue: ꝛ tꝑantiam aeris: ꝛ multitudinē bestiarū aque sicut piscium ꝛ his similia. compleamus ergo differentiam quartam.



¶ Differentia quinta in q̄litate scientie ꝓprietatis figtionis ☿ ꝺm illud

Dicamus itaq̄ ꝙ cum fuerīt ei significatiões quas diximꝰ ꝛ fuerint appropriate ei ꝺm speciem humanam significat illud aduenire bella ꝛ guerras: ꝛ insultum vulgi in reges: ꝛ aduenient quibusdam hominibus ex istis causis mors que erit subito ꝛ egritudines ex febribus: et vomitus cum eo ꝙ exibunt a lege ꝛ odium et occasionem ꝛ rapinam et abscisionem viarum protendit. Si fuerit significatio eius ꝺm speciem bestialez ꝛ precipue qua homines vtantur significat ꝙ accidet in ea destructio ꝛ paucitas. Si fuerit eius significatio ꝺm elementū aereum significat paucitatem pluuiarum: ꝛ vehementez flatum ventorum: ꝛ multū nocumentum eorum cum casu fluminū. Si fuerit eius significatio ꝺm elementum terreum significat destructionem fructuum causa combustionis: ꝛ mortalitatem: ꝛ locustas: ex causis ventorum qui aduenient eis. Si fuerit eius significatio ꝺm elementum aquarum significat illud multam nauium

in mari submersionem per causam ventorum contrariorum agitantium: ⁊
casu fluminū: ⁊ accidet in fluminib⁹ diminutio aquarū: ⁊ siccitas in fontib⁹



¶ Uerūtamen significatio eius
ex eo ꝙ miscetur significatio ♈
cum est ei equidistans significat
multam mortem in mulieribus
⁊ in iuuenibus ⁊ pueris: ⁊ pauci
tatem piscium cū incessante ven
torum flatu fortium ⁊ siccorum
⁊ multis nebulis ⁊ vehemēti ca-
lore: ⁊ superabundātia aquarū:
⁊ precipue in parte occidentis: ⁊
paucitatem annone ⁊ potus. Qꝫ
si fuerit latitudo eius septentrio
nalis sigt illud corruptionē aeris
Et qñ elōgatur longitudine sua
longiore sigt cōmotionē ⁊ inter
fectionem in hoībus: ⁊ victoriā
inimicoꝝ sup plures ptes: ⁊ mortē quorundā nobiliū. Si fuerit retrograd⁹
sigt infirmitates aduenire ex morbillis et variolis. Si fuerit sub radijs sigt
illud multas egritudīes. Si appuerit in eo sigt casū mortis in pte occidentis
⁊ paucā onium generationē: ⁊ caristiā panis. ⁊ multas aq̄s: ⁊ destructionē
vindemie. Si fuerit ☽ ei ꝓpinqua sigt multā populationē. Si fuerit ♂ et ♀
ei ꝓpinq̄ sigt multa bella in pte occñtis: et accidēt hoībus dolores oculoꝝ.




¶ Et si fuerit equidistans signo
♉ significat causā interfectionū
inter orientales ⁊ occidentales:
et multos oculorum dolores in
parte orientis: ⁊ multam mortē
in nobilibus ex viris: ⁊ vehemen
tiā caloris: ⁊ incessantē ventoꝝ
flatum cum bona aeris comple
xione ⁊ casu destructionis in an
nona et potu: ⁊ aq̄s multas. Qđ
si fuerit eius latitudo septentrio
nalis significat bonam comple-
xionem aeris. Si fuerit meridio
nalis significat permixtionē ei⁹
Quando elongatur longitudie
sua longiore significat mortem

